

A Herio Constantiensis diocesis Oehvinius, qui & ipse olim episcopus loci cenobitis fuerat. Praefuit 4. an. Obiit an. Dom. 990.

12. Gerhardus, alius Gerlacus, & iterum alius Gardachus. Praefuit tribus an. Adiit propter certa quadam negotia Romanam, inde cum redisset ad Hildesiam, 7. die obiit an. Dom. 993.

13. S. Bernwardus, alibi Bombardus, Imp. Othonis III. factus, ab eodem Imperatore constituitur Episcopus Hildesianus, an. Dom. 993. Scribit eum Crantzio verbo & exemplo diligenter praefuisse, & tali vite sanctimonia praedictum fuisse, ut & vivus & mortuus claresceret miraculis. Praefuit fidelissimè ac utilissimè annis uno & triginta. Et vita hac defunctus anno 1024.

14. S. Gothardus genere illustri, virtute verò & vite sanctitate illustrissimus, ex Abbate Cenobiorum Althachensis in Bavaria, ac Hirsfeldensis in Bavaria fororum, Episc. Hildesheimensis designatus est, an. Dom. 1024. ab Imp. S. Henrico II. cognato suo. Praefuit an. 14. utilissimè: construxit de novo Collegia, tum Ecclesiam S. Andreae in suburbio Hildesheimensi sitam: cenobium item S. Mauricii in monte, Monasterium item Halbhufenense Ordinis D. Benedicti, & Xenodochium pro pauperibus ac aegrotis. Obiit in Monasterio Mauritiano, an. Dom. 1038.

15. Diethmarus, vel Tiamarus, natione Danus, Conradi Saliqui facellanus ac intimus consiliarius, eligitur & constituitur Episcopus Hildesheimensis, patrocinio Guilelmi Dapiferi Regis, anno Domini 1038. Vale dixit mortali huic vita, an. Dom. Incarn. 1044.

16. Anselmus, alibi Aclimus, Imp. Henrici III. facellanus, ab eodem Imp. Hildesheimensi Ecclesiae praeficitur. Praefuit non illustrabiliter annis decem. Dedit multa ornamenta Ecclesiae suae. Obiit anno Dom. Incarn. 1054.

17. Echio alius Heczilo, ex Goslarisiensi praeposito eligitur in Episcopum Hildesheimensem. Praefuit annis viginti quinque. Certavit anno Dom. Incarn. 1063, de fessione cum V. Vidrado Abbate Fuldensi, bis in templo Hildesheimensi praesente Rege Henrico IV. non sine multi sanguinis profusione: eam Historiam eleganter & copiose descripsit petar studiosus Lector ex Lamberti Schaffnaburgensis Chronici. Mortuus est Anno 1079.

18. Udo Comes de Alvenstevn, constituitur Hildesheimensis Ecclesiae Episcopus ab Imp. Henrico IV. an. Dom. 1079. Fideliter praefuit Ecclesiae annum usque Dom. 1114. quo ex hac lacrymarum valle ad aeternam patriam concessit.

19. Bruningus ex Goslarisiensi Collegii Decano, in Episcopum Hildesheimensem, eligitur an. Dom. 1114. Erat multis eximius virtutibus ornatus. Praefuit per unum tantum mensem, nec consecratus, nec confirmatus: idcirco à Crantzio Saxonico Historico omittitur. Resignavit Episcopatus gubernationem, an. Dom. 1115. & in S. Bartholomaei Collegium profectus, quod in Salinis situm, ipse eo anno pulchre instauraverat, ibi reliquam vitam exegit.

20. Bertholdus ex Praeposito summi Collegii Hildesheimensis constituitur Episcopus, anno salutis 1115. post resignationem Bruningii. Praefuit utilissimè ac summa cum laude annis quindecim. Obiit an. Dom. 1130. Fuit acerrimus monasteriorum reformator, claudens omnia cenobia Virginum.

21. Bernhardus ex summi Collegii Praeposito in Episcopum electus est ab unanimi consentiente Clero & populo universo, anno Dom. 1130. Praefuit optimè ac utilissimè annis viginti tribus. Obiit an. 1153.

22. Bruno Decanus eligitur in Episcopum an. Dom. 1153. Praefuit cum summa laude an. 7. Episcopale palatium in Urbe situm pulchre renovavit & illustravit, obiit an. Dom. 1160.

23. Hermannus Praepositus S. Crucis, eligitur concorditer in Episcopum Hildesianum, an. Dom. 1161. Fuit Friderico Barbarossa Imp. imprimis charus, à quo Mediolanum obsidente, in Italia feudis ac Regalibus investitur. Praefuit summa prudentia ac Ecclesiae suae eximio commodo annis tredecim. Profectus in Italiam, occubuit an. 1174.

24. Adolagus Praepositus Goslarientiensi eligitur unanimiter summi Hildesheimensis Collegii consensu in Episcopum, post audiam mortem peregrinantis Episcopi Hermanni, an. Dom. 1175. Praefuit prudentissimè annis quindecim, ac aliquot mensibus. Obiit an. 1190.

25. Berno vir eximius ac sapientissimus ex Decano in Episcopum eligitur an. Dom. 1190. Praefuit fideliter ac feliciter an. 8. Instauravit ac amplissimis proventibus donavit Regiam

praepositorum Goslarientem. Impetravit à Romano Pontifice Canonizationem S. Bernwardi Episcopi Hildesheimensis, de umbra levati. Obiit anno Incarnati filii Dei 1198.

26. Conradus vir literatus, facundus, & magnanimus, Philippi Regis Romanorum ac Suevorum Ducis summus amicus & fidelis Cancellarius: Primum Lubecensis Episcopus, delecta ea Ecclesia, cum Friderico Barbarossa & ejus filio Duce Friderico, suscepta nova Hierosolymitana expeditione, in Armeniam proficiscitur: ubi cum periret Imperator abortus à flumine, pergens cum Friderico Suevorum Duce strenue sese in Syria gessit. Unde reversus post aliquot annos, Bernone Episcopo defuncto, Hildesheimensem Episcopatum consequens est. Erat vir summa autoritate apud omnes imperii proceres. Praefuit Hildesheimensi Ecclesiae per annum unum saltem, sed utilissimè: eam resignans, Herbipolenti Episcopatu ac Francorum Ducatu ab Imper. Philippo Barbarossa filio praeficitur an. Dom. 1199.

27. Harbordus, vel Herbertus, eligitur difficillimis temporibus, quibus schisma erat gravissimum inter Philippum regem, ac Othonem Ducem Brunsvicensem, à toto unanimiter consentiente Clero in Episcopum, an. Dom. 1199. Praefuit annis novem. Fundavit Collegium S. Joannis: multa impignorata redemit, multa aedificavit. Obiit an. Dom. 1208.

28. Sigefridus ex Fuldensi cenobio ad Episcopatum gubernationem evectus à Rege Philippo, an. Dom. 1208. Praefuit an. 12. felicissimè ac utilissimè. Obiit 12. Nov. an. 1221.

29. Conradus II. eligitur unanimi consensu Capitularium ex Decano summae Ecclesiae Spirensis, & Canonico Moguntino, propter eximiam virtutem ac sapientiam, in Gubernationem ac Antistitem Hildesheimensem, anno Incarnationis Dominicae 1221. Erat is vir doctissimus, & qui diu in Parisiensi Academia sacras literas summa cum laude professus fuerat. Praefuit utilissimè annis viginti quatuor. Fecit inventi zelo provehenda ac augenda religio: Primum enim Franciscanis ac Dominicis Monachis in Urbem receptis, utriusque Ordinis Cenobium ac commodissimas habitationes condidit, ac meritis ornatus emigravit ab. 1248. Magdalena penitentiarum, in vicinia summae Basilicae, fundavit una cum Henrici Palatini uxore Vinthufenense cenobium Monialium ad Altam fluvium: duo item alia Virginum cenobia, VVulffinghauense, & Franckenbergenfense ad Goslarium situm. Erat acerrimus custos disciplinae Clericorum. Refecit ac instauravit Palatium Episcopale, arcem item VVinczenburgensem, oppidum & arcem Rosarium vallis, ac castrum Seadeckenfense, maximis impensis, quarum pars successori solvenda relicta est. Duces Brunsvicensis necio quid juris in Ecclesia Hildesiana habere volentes, iudice Imp. Comita Moguntiae celebrante, vicit. Qua vero virtute Empne oppidum expugnavit, & arcem latronum receptacula ac latebras, insulas ad Scatetenfem vastavit, longum esset commemorare. An. Dom. 1245. gravissimo schismate inter Pontificem ac Imperatorem exorto, resignavit Episcopatum liberè, & quietem sibi querens, Praedicatorum Hildesheimensium cenobium ingressus est, in eo reliquam vitam acturus. Cum autem post suam resignationem Capitulares Canonicos in eligendo successore discordes, & in capitalia odia scissos esse videret, Hildesheimi manere noluit, sed in Sconovienfem Monasterium Heidebergenfem Urbis vicinum profectus, ibi tribus fere annis adhuc superstitis, debitum naturae tandem exolvit an. sal. 1248.

30. Henricus Praepositus Helgenstadenfensis, eligitur à majori Capitularium parte in Episcopum Hildesheimensem, an. Dom. 1245. Contra hunc ab alia parte postularunt Hermannus quidam, praepositus in S. Cyriaci Brunsvicensi Canonico Collegio. Confirmatur Henricus ab Archiepiscopo Moguntino, consequitur item regalia à Rom. rege. Haec dum ille circumsequitur acquirit, Hermannus interim occupato Episcopatu Hildesiam, plena ejus gubernatione frustratur. Lugdunum itaque ad Rom. Pontificem Innocentium quartum profectus, & de violentia Hermannii gravissimè conquestus, tandem post varias & longas digladiationes tantum effecit, ut excommunicationis metu percellente Hermannus, locum daret Henrico: qui laudabiliter postea praefuit ad annum Christi usque 1257. cum jam à prima electione undecim anni & aliquot menses effluisent. Mortuus in mense Martio.

31. Joannes ex Praeposito S. Mauricii, fit Episcopus anno Domini 1257. vir insigniter doctus, ad Episcopatum enim hunc (Crantzio idem affirmante) pervenire nemo potuit nisi

contra vicinos, jam hoc nunc aliud ac Ecclesiae rapere volentes, adventus eum sui illico poenituit. Pontifici itaque scriptis literis, de loco suis studiis nequaquam idoneo conquestus, impetravit quietiorem locum, Episcopatum videlicet Augustanum. Vide de hoc & aliis Episcopis Hildesiam Metropolitani Alberti Crantzii, & docti & diligenti Historici, ac rerum Saxoniarum annotatoris, etiam etiam ille brevissima tantum de Episcopis annotavit.

32. Gerhardus primum Cantor, postea Decanus summi Collegii Hildesheimensis, Rudolpho tandem Episcopo Verdensi Ecclesiae substituitur: ubi cum sapientissimè & summo cum Ecclesiae commodo laudabiliter vitam praefuisset, post dilectum Episcopum Joannis Dominicastrum à Pont. Gregorio XI. Hildesiano Episcopatu praeficitur: Resignata itaque Ecclesia Verdensi, Hildesiam venit anno Dom. 1364. Fundavit idem Episcopus Carthusiam, quae est ante muros Hildesheimensis magnifica. Habebatur tunc temporis Albertus Episcopus Halbertatenfensis pro insigni Logico, acutissimo videlicet & optimo disputatore: Gerhardus verò pro insigni Rhetore. Cum ergo captus esset ab hoc bello, quod ad invicem gerebatur, Albertus, natum est inde proverbium quod totam Saxoniam pervasit, in quo dicebatur Logica victa & superata esse & Rhetorica. Rebus jam aliquandiu pacatis, quieta gubernatione usus est, donec tandem Othone & Alberto Brunsvicensibus iterum tumultuantibus, priora omnia renovata sunt: quos tamen Dei praesidio iterum feliciter usus est. Assumpsit tandem in coadjutorem, Joannem Comitem ab Hoya, Antistitem Paderbonensem, quarens sibi quietem. Decessit postea ex hac mortali vita, an. 1398. cum praefuisset an. 34. summa cum laude.

33. Joannes Comes ab Hoya, ex Paderbonensi Episcopo primum coadjutor praedecessoris, tandem Episcopus: sedit an. 26. Obiit an. 1424.

34. Magnus Dux Saxoniae inferioris, ex Episcopo Camminensi primum Joannis ignavi Episcopi factus coadjutor, eo defuncto postea unanimi consensu capitularium in Hildesheimensem eligitur praesulem, an. Domini 1424. Fuit pacis ac bellis artibus egregie instructus, ac Princeps optimus. Praefuit quietè, pacificè, ac ut prudentissimè, sic etiam utilissimè, annis viginti octo. Consecravit se Othoni Duci Brunsvicensi, ac Joanni Episcopo Halbertatenfensi. Obiit an. Dom. 1452.

35. Bernhardus Dux Brunsvicensis ac Lunenburgus, Friderici Ducis filius, ejus videlicet, qui Franciscanorum Cellerium fundator, resignata filii gubernatione, reliquam vitam in eo exegit religiosissimè. Is Bernhardus coadjutor primum, postea administrator, Ecclesiae Hildesheimensi praeficitur, an. Dom. 1452. Praefuit annis septem, non admodum utiliter, quia sua potius quam Episcopatus commoda quaerebat, neque unquam animum ad Ecclesiasticam vitam vel disciplinam adiecit: Resignata itaque an. Dom. 1459. Episcopatus gubernatione, uxorem duxit, Dominam Mechthildin Comitissam de Schovvenburg, puellam incomparabili forma ac specie praeditam, qua tamen non diu fuit potuit, mox rebus mortalibus exemptus.

36. Ernestus permutatione fere facta cum Bernhardo, Hildesheimensem Episcopatum consequitur. Coepit praesule an. Dom. 1459. Sed ad gubernaculum Ecclesiae an. 12. Venator potius, quam Episcopus. Infeliciter pugnavit contra Brunsvicensis, idcirco merore animi consumptus, ex hac vita concessit an. Dom. 1471.

37. Henningus successit Ernesto administratori, sed multis lacertis difficultatibus, ob alium etiam electum: tandem an. 1481. resignavit.

38. Bertholdus Baro à Landsberg, ex Verdensi Episcopo ubi decem jam annis praeserat, Hildesheimensis etiam praesul factus est an. Dom. 1481. per resignationem Henningii. Confirmatur à Pontifice Maximo Sixto IV. ut utriusque Ecclesiae & Verdensi & Hildesianae praeseret. Erat vir eximia prudentia praeditus, nec vulgariter doctus, & eloquentiae verò maxime, ac pronuntiationis suavissime. Sed ad clavum utriusque Episcopatus annis viginti duobus. Obiit an. 1503.

39. Erricus inferioris Saxoniae, Angeriae videlicet ac VVestphaliae Dux, Canonicus Colonienfensis, eligitur in festo Pentecostes, anni à nato Christo 1503. ab unanimiter consentiente Clero Hildesiano in Episcopum, ac successorem mortui Bertholdi. Ingredditur Urbem paucis diebus ante Natalem Domini. Excipitur amplissimè. Praesidet per unum anni spatium, & reli-

quis vel eximie doctus, vel summa generis nobilitate conspicuus. Praefuit summa cum laude, utilitate & commodo Ecclesiae maximo tantum quatuor annis. Obiit an. 1261.

32. Otto Dux Brunsvicensis, frater Joannis & Alberti Paynenfem comitum infidantium, unanimi consensu omnium summi Collegii Canonicozum postulari, & eligitur anno 1261. Confirmatur à Pont. Maximo Gregor. X. & consecratur in ejusdem, ac plurimorum Episcoporum praesentia Lugduni in Gallias, in congregata illic Synodo, an. Dom. 1266. Praefuit prudenter & summa cum virtute an. 18. Obiit an. 1279.

33. Sigefridus secundus, Decanus summi Collegii Magdeburgensis, assumitur in Episcopum, & Othonis successorem an. Dom. 1279. Confirmatur ab Archiepiscopo Moguntino, investitur feudis ac Regalibus à Rudolpho Habspurgio Rege Rom. Vir summa virtute, doctrina item ac sapientia eximia ornatus. Praefuit annis triginta, mensibus decem, cum summa gloria ac laude. Obiit an. 1310.

34. Henricus secundus constituitur ex Decano summi Collegii Hildesheimensis in Episcopum, anno Domini 1310. Praefuit octo annis laudabiliter & utiliter. Sediosam ac tumultuantem Hildesiam obsidet, & adificatio contra eam castrum Sturegvaldensi (quo nomine fe Deo duce improbam subditorum violentiam compescere velle minitabatur) eo Urbem adegit, ut & sese dederet, ac supplex Episcopo facta, per se se posthaec obtemperaturam sanctè polliceretur. Fuit vir justus, aequi observantissimus, erga suos benignus ac placidissimus, hostibus verò hostis etiam & injuriam ultor magnanimus. Conservanda perpetuae castitatis studiosissimus. In usuariorum animas verlor acerrimus. Tandem à quibusdam invidis necio quibus calumniis apud Rom. Pont. traductus, nullius sibi mali conficius, Avenionem (ubi tunc Pontificum sedes erat) petit, ut se apud Pontificem purgaret; correptus itaque acuta febris, post paucos dies, quibus ibi decubavit, ex mortali vita emigravit 12. Junii an. 1318. Sepelitur in ejusdem Urbis Montalium cenobio ad S. Claram.

35. Otto secundus praepositus ad S. Mauritium, eligitur in Antistitem Episcopalis sedis Hildesianae unanimibus totius Capituli sententiis ac suffragiis, an. Dom. 1318. Praefuit annis sedecim, & optime ac utilissimè. Vicit ingenti praelo, primis Clatim suae gubernationis mensibus, sediciosos quosdam Centuros, arma contra dominum suum & contra Ecclesiam summentes: quorum multi in eo consilio cæsi ac interempti sunt, reliqui omnes capti, multo auro redimere sese coacti sunt. Hoc auro omne contulit Episcopus ad illustrationem castrorum, templorum ac oppidorum Episcopatus: decessit an. 1334.

36. Henricus tertius, Dux Brunsvicensis, eligitur unanimi consensu totius fere summi Cleri in Episcopum ac gubernatorem Hildesheimensem, an. 1334. Contra hunc excommunicationis fulmine tactum, Rom. Pont. mitti Erricum Comitem de Schavvenburg, qui à civibus ac nobilitate in Urbem receptus, plena ibi gubernatione potius est. Hoc gravissimum Schisma & implacabile dissidium duravit per ann. 14. quibus neuter cedere voluit. Sed omnia gubernans, & omnem impietatem ac violentiam vindicans ipse Deus, Erricum anno Dominicae Incarnationis 1348. lethali morbo correptum mox è medio sustulit: Henricus Urbem supplicem sibi factam insigni equitatu ingressus, propè arcem Steutevalde, in Errici adversarii sui complices ac satellites ad sua se jam recipere volentes incidit, ubi cum ipsis acerrimè ac felicissimè conflavit multos trucidans, plures captiens, quibus in Urbem reductis gravissimas multas interrogavit. Urbem in gratiam recepit, sed ea lege & conditione, ut tandem donec arcem Marienburgensem nuper adeo inchoatam abolveret, semper senatus Urbanus artifices & officios omnes in ea laborantes exolveret. Praefuit summa cum laude usque ad an. 1362.

37. Joannes Schadindus Dominicastrer, à Colonia natus, doctor sacre pagine, à Pont. Max. Gregorio undecimo, sine consensu Canonicozum, Ecclesiae Hildesheimensi subrogatur an. Dom. 1362. Praefuit duobus annis: non tamen integris. Cum veniens Hildesiam, quaesisset statim, ubi Bibliotheca, ubi libri essent, quibus nisi essent antecessores Episcopi (erat enim ipse homo studii Philologiae & sacrarum Scripturarum totus deditus, Monasterio & quieti affectus:) Aulici vero in armamentarium eum introducentes, & offendentes omni generis arma & instrumenta bellica, dicerent, cum talibus libris fuisse hactenus negotium Episcopis, ejusmodi codices nunc etiam esse evolvendos, acriterque pugnandum

A resignans Episcopatum, cum Capitularium omnium ac ipsius etiam Pontificis consensu, fratri suo Joanni, Coloniæ reddidit. Unde postea ad Monasteriis Episcopatus gubernationem evocatus, ibi divinis summa cum laude, quamdiu vixerit.

46. Joannes Saxonie inferioris Dux, per liberam renunciationem fratri suo Errixi, consentiente Capitulo ac Pontifice Max. consequitur Episcopatum Hildeshymensem, an. Domini 1504. Ingressus Urbem quingentis equis. Tertio gubernationis sue anno adit ipse Romam pro impetranda confirmatione, quam cum esset consecutus, rediens in cœnobio Marcerodensi consecratur. Præfuit ad annum Christi usque 1527. quo resignavit gubernationem Balthasari Vicecancellario imperatorio.

47. Balthasar Merckhelius (Vicecancellarius Caroli V. Imperatoris.) per resignationem Joannis Episcopi consequitur Episcopatum Hildeshymensem, cum consensu Canonico- rum. Venit in Hildesiam Urbi vicinum castrum Steurwald, ubi humanissime & cum summo gaudio & amplissimis muneribus exceptus, omnia optima cum Clero tum urbi pollicitus. Paucis diebus elapsis iterum discedens, ad Imperatorem se in Hispanias recepit. Cum quo postea ex Hispaniis in Italiam profectus, Bononiam venit, ubi Pontificiam confirmationem consecutus, anno sequenti in Augustanis Comitibus etiam Regulum investituram à Divo Carolo V. Electus est anno 1528. in Episcopatum etiam Constantiensem, sed cum sequente anno in Imperatoris negotiis ad inferiores Germanos descenderet, in eo itinere Treveri gravi morbo correptus, naturæ debitum absolvit.

48. Ocho tertius assumitur anno ætatis sue 47. ad preces Divi Caroli V. Imp. Aug. & Guilielmi Comitum Anaxoviani, in Episcopatum Hildeshymensem, unanimi consensu Canonico- rum, an. Dom. 1531. in S. Pantaleonis. Præfuit is annis sex, neque consecratus, neque confirmatus. Exautoratur à Paulo tertio Pontifice Maximo.

49. Valentinus sacra pagine ac legum eximius Doctor, vir sapientissimus: eligitur ex Præposito Francofurtensis Collegii ad D. Bartholomæum, ex Canonico item Moguntino, Magdeburgensi ac Hildesiano, unanimi consensu Collegii Hildeshymensis in Episcopatum, anno Domini 1537. Confirmatur & consecratur Romæ à P. Max. Paulo tertio. Unde in Germaniam reversus, Hildeshymium ingreditur, ubi summo gaudio cum Clero totius tum Reipublicæ exceptus, aliquamdiu sedit. Postea Moguntiam revertitur, fortassis ob mutatam in Saxonibus Religionem, & varios ibi insurgentes tumultus, anno Christi 1549. eurrente, dignitatibus cum Episcopatus Hildeshymensis, tum alius conspicius fult. Interiit an. Dom. 1546. magnis Comitibus Augustanis, à Divo Carolo V. Imp. Aug. post bellum Germanicum habitis.

EPISCOPI PADERBORNENSES.

Paderbornensis Urbis in inferiori Saxoniam sitæ, & ab incomparabili fonte (qui est sub Cathedralis Basilicæ ara maxime) cognominatæ, Episcopatus fundatus & inchoatus est devotus Saxonibus à Carolo Magno Galliarum victoriosissimo Rege, annum Christi circiter 794. Erat tum Paderborna amplissimus pagus, nullis adhuc fossis, nullis mœnibus, aut munitionibus inclusis: igitur sedem Episcopalem constituit Imperator in Heristello nudiissima arce ad Virtutum amœnæ quinq; miliaribus à Paderbornensi pago sita, & à se edificata, cum ibi aliquandiu cum toto exercitu (à quo contigit nomen isti loco) hybernasset. Hujus laudabilis Episcopatus Doctores, Pastores, Episcopi ac gubernatores numerantur à prima Carolina fundatione, hæc serie.

1. S. Hadumarius, aliis Harimarus, è primaria apud Saxonnes nobilitate natus, unus ex duodecim obsidibus Regi Carolo Magno datus, à Burcardo primo Episcopo Heribipolensi educatus, & liberaliter cum in litteris tum pietatè institutus, Ecclesiæ item Heribipolensi inferus Canonicus, vir gravis & eximia vitæ sanctimonia præditus, constituitur à Carolo Magno primo fundatore, & S. Burcardo Episcopo, in primum novellæ plantationis Heristellensis vel Paderbornensis horulani inspectorem, ac gubernatorem, an. 795. Præfuit doctrina & exemplo annis novem. Donavit hunc Episcopatum Carolus Magnus, præfente Leone tertio, arce Tryburgeni cum adjacentè territorio omni. Obiit anno Christianæ salutis octingentesimo quarto. Sepelitur in Ecclesiâ Paderbornensi.

2. Badaradus Canonicus Heribipolensis, unus etiam ex Saxonum obsidibus, eligitur anno Domini 804. Præfuit fidelissime ac prudentissime annis quadraginta octo. Vale dixit huic mortali vitæ, an. Domini 852.

3. Lutharius, aliis Luthardus, præfuitur Ecclesiæ Paderbornensi, in qua nobilitas genere & virtute parentibus natus erat, an. Domini 852. Præfuit laudatissime annis viginti quinque. Trucidatur cum aliis sex Episcopis, Ducibus tribus, Comitibus tredecim, & magno Christianorum numero, à Nordmannis ac Vandalis, anno Domini 877. Fuit Episcopus innocentissimæ ac optime vitæ. Ejus fotor erat S. V. Valburgis.

8. Biso successit Luthario: Præfuit annis viginti quinque, optimè ac utilissimè obiit an. 902.

5. Theodoricus subrogatur Bisoni, gubernavit Ecclesiâ Paderbornensem summa cum laude, annis novem. Obiit an. 911. Imperatore Contado primo.

6. Univanus eligitur in Episcopum Paderbornensem, an. Domini 911. Præfuit annis novendecim. Obiit an. 930. Imperatore Henrico Aucupe.

7. Dudo successit Univano: præfuit annis viginti quinque piè ac prudenter: decessit ex mortali hac vita, an. Christi 955.

8. Volemarus vir Deo & Pontificio honore dignissimus subrogatur Dudoni, an. Dom. 956. Sedit ad clavum Ecclesiæ Paderbornensis, an. 26. Decessit anno Domini 981.

9. Rerharius Volemarum in gubernatione Episcopatus sequutus an. Dom. 981. Præfuit optimè ac sapientissime annis viginti octo, obiit an. 1009.

10. Meyenverucus Comes Gelricus à Desferbant, constituitur Paderbornensis Ecclesiæ Episcopus Goslarie per chirothecarum portredionem à S. Henrico Imperatore, cui summa sanguinis propinquitate devinctus erat, & à quo quicquid voluit privilegium, citra omnem laborem ac difficultatem est consequutus. Præfuit, à V. Villigio Moguntino consecratus, annis viginti septem, summa cum laude & Ecclesiæ commodo: moritur an. 1036.

11. Rotho, vel Rothardus, Baro à Beuren, Gelajus: ex Abbatè Hirsfeldensis in Archiepiscopatum Moguntino siti cœnobii, Episcopus Paderbornensis designatur à Contado Saliq; Imperatore Romano. Præfuit annis sedecim laudabiliter. Obiit an. 1052.

12. Imadus eligitur in antistitem Ecclesiæ Paderbornensis anno salutis M. LIII. Præfuit uti pius Episcopus deest optimè ac summa cum laude annis viginti quinque. Decessit ex hac momentanea ad meliorem vitam, anno Domini M. LXXVII.

13. Poppo ex Præposito Bambergensi designatur Episcopus Paderbornensis, an. gratiæ 1077. Præfuit annis septem. Emigravit ex hoc sæculo, an. Domini Incarnationis 1084.

14. Henricus Comes de Aslovv: mortuo Poppone, per controversiam eliguntur anno Christianæ salutis millesimo octingentesimo quarto, Aslovianus ab Hermanno Lutzelburgio, quem Regem sibi constituerat Saxonnes, totoque Paderbornensem Canonicorum lenatu: V. Varlovianus verò per Henricum IV. Imperatorem. Inter hos die cum summa intertione Episcopus certatum ac disceptatum est: donec tandem Aslovianus Archiepiscopatum Magdeburgensem consequeretur. Henricus V. Varlovianus feliciter postea ac utilissimè præfuit ad annum usque Christi 1126. cum quadraginta duo anni à prima illa dilecti electione præterissent. Obiit plenissimè dierum, anno quem dicit. Sub Imperatore Henrico V.

15. Bernhardus præfuit fideliter ac satis utiliter, pro ratione temporum & fortuna, annis triginta tribus. Fuit Romæ cum Lothario Imperatore, & ibi à Rom. Pont. consequutus est pro se & successoribus suis privilegia & utum Pallii. Obiit an. 1159.

16. Evergus eligitur ex Canonico in Episcopum, an. Domini 1159. Præfuit laudabiliter an. 17. Obiit an. 1176.

17. Sigefridus constituitur Episcopus ex summi Collegii præposito, an. Dom. 1177. Præfuit fideliter ac prudenter novem annis & sex mensibus. Evocatur ex hac lacrymarum valle, an. 1186.

18. Bernhardus secundus, nobilis ab Oyède, vel Dyède: canonicè electus Sigefrido successit. Præfuit fideliter & feliciter an. 16. Commutavit vitam mortalem cum immortalis, anno gratiæ 1202.

A 19. Bernhardus III. eligitur an. Dom. 1202. Præfuit an. 19. & aliquot mensib. Consequutus est privilegia ab Honorio III. Pont. Max. Obiit anno gratiæ 1221.

20. Olivarius successit Bernhardo III. Præfuit duobus saltem an. Collegit & in litteris reerit curavit statuta & ritus Ecclesiæ Paderbornensis. Fuit vir eximie doctus, prædicator insignis, majori loco dignissimus: itaque an. 1223. Romam postulatus est, ubi Cardinalis Sabinenis designatus, in summo pretio fuit.

21. Vvillebrandus Comes Oldemburgius, eligitur ex Canonico (qui nuper ex Hierosolymitana peregrinatione redierat) in Episcopum Paderbornensem, an. salutis 1223. unanimi consensu totius Capituli. Præfuit utiliter ac prudenter annis ferè duobus. Episcopus factus, iterum ad terram sanctam peregrinans, feliciter rediit. Postea an. 1225. ad Ultrajectinæ Cathedræ gubernationem vocatus, Paderbornensem Episcopatum resignavit. Præfuit Trajecti an. 8. quibus magnificum S. Servatii Monasterium condidit. Obiit an. 1232.

22. Bernhardus quartus, eligitur anno Domini Incarnationis 1225. Præfuit summa cum laude annis viginti octo. Passus est, ut Canonici Paderbornenses observantiam Regularum (quæ hæcenus ibi vigerat) mutarent, liberioris vivendi rationis cupiditate, in secularium Canonicorum statum. Decessit ex hoc calamitoso sæculo, an. 1254.

23. Simon successit Bernhardo IV. Præfuisse legitur annis novendecim, decessit verò ex hac vita an. Dom. 1274.

24. Ocho præfuit annis triginta. Habuit maximas controversias cum civitate Paderbornensi, contra quam aliquoties feliciter pugnavit. Obiit an. Dom. 1304. Post ejus mortem vacavit sedes duobus an.

25. Guntherus, qui Magdeburgensem Archiepiscopalem dignitatem contempserat, jam ad Paderbornensis Ecclesiæ clavum postulat per controversiam, aliqua Canonico- rum parte Theodorico Baroni Yterano suffragante. Disceptatur per quadriennium. Videns autem Guntherus, pacis quam contentio amantior, disceptationum nullum esse finem, pacato animo Theodorici futuri, impetrata tamen prius honesta pensione, cessit, an. 1308. qui jam per biennium honestissime præfuerat.

26. Theodoricus contra Guntherum Schwvalenbergensem antea electus, plenam gubernaculi Paderbornensis potestatem consequutus est, an. Dom. 1308. Præfuit an. duodecim utilissimè. Desit inter mortales esse an. gratiæ 1320.

27. Bernhardus V. eligitur in Episcopum Paderbornensem, an. 1320. Præfuit prudentissimè an. 20. Fuit magnanimitate victoriosus Princeps. Absolvit naturæ debitum, an. Dom. 1340.

28. Baldovinus, eligitur unanimi consensu totius summi Canonico- rum Collegii in Episcopum, an. 1340. Præfuit an. etiam viginti laudatissime. Obiit an. 1360.

29. Henricus Spiegel à Dessenberg, ex Abbatè Corbeje Saxonice Episcopus constituitur à Rom. Pont. Innocentio VI. an. Dom. 1360. Primus qui à Pontifice eligitur, aliis Episcopis antecessoribus semper antea per manus & suffragia Imperatorum Ecclesiæ datus: Primus item qui suffraganeum sibi substitueret. Præfuit an. 18. prudenter & summa cum laude. Vale dixit mortali huic vitæ, an. redempti orbis 1378.

30. Simon secundus hujus nominis, Comes à Sternberg: ex Decano summi Collegii designatur Episcopus, an. 1378. ab Urbano V. P. M. Ingressus insigni pompa equestri Paderbornam, an. Dom. 1381. Præfuit an. undecim. An. 1389. obfidi- one cingens castrum Brobegenle, sagitta ex arce missa verberatus ad inguina, ex eo vulnere post vicefimum diem moritur.

31. Rubertus Guilielmi Ducis Montensis major natu filius, successit Simoni secundo canonicè ac legitimè postulatus, ac unanimi Canonico- rum voce ex Patavienis in Paderbornensem Episcopum electus. Præfuit an. quinque. Decessit optimus Princeps peste an. Virginei partus 1394. cum obfidi- one cingere Paderbergensem arcem. Plurimum laudatur ab Alberto Crantzio Saxonium Historico.

32. Joannes eligitur in Paderbornensis Ecclesiæ antistitem, an. Dom. 1394. a toto Clero. Confirmatur à Bonifacio nono. Præfuit fideliter ac laudabiliter an. quinque. Postulatus ad coadministrationem Hildeshymensis Ecclesiæ à cognato suo Gerardo Barone Montensi, ejus loci Episcopo, resignavit Episcopatum Paderbornensem Canonice suis liberè, & L. B. T. beat. vite Human. Tom. III.

cum summa gratiarum actione, an. Domini. Incarnat. E. 1399.

33. Guilielmus frater Ruperti Episcopi, Dux Montensis: eligitur in Episcopum anno ætatis sue decimo octavo, egregia virtute præditus juvenis. Collocatur in arcem Novam sylvæ Oesingensi adjacentem. Constituerat verò jam & confirmarat Romæ P. M. Episcopum Paderbornensem Bertrandum quendam de Arvassennis, Canonicum Ecclesiæ Raven- natis, Ferrariensem, decretorum Doctorem ac Pontifici Palatii auditorem. Is 28. Octobrium, an. 1399. Paderbornam veniens, litteras Pontificias, Canonico- rum Collegio & Urbi offert. Disceptatur diu: tandem an. Dom. 1401. duobus equis ac viginti aureis donatus, Romam remittitur; nam Saxonici idiomatis planè ignarus, omnino non erat idoneus. Præterea Guilielmus jam erat unanimi consensu acceptus, qui cum præfuisset an. 14. quibus & monasteria quædam reformarat & contra hostes feliciter pugnavit, resignata an. 1415. Ecclesiâ Paderbornensi Archiepiscopo Coloniensi Theodorico, ipse ejusdem Theodorici Comes à Morien Archiepiscopi è fore re- neptem egregiam puellam duxit uxorem.

34. Theodoricus secundus hujus nominis, Comes à Mor- sen, Coloniensis Archiepiscopus, designatur per Guilielmi resig- nationem Episcopus etiam & administrator Paderbornen- sis, ann. Dom. 1415. Ingressus Paderbornam non citius quam an. 1424. & tum sub ingenti tempestate, in qua summum tem- plum Paderbornense de celo tactum legitur. Præfuit Pader- bornensi Ecclesiæ an. triginta octo; Coloniensi verò an. quadra- ginta octo, Halberstati totidem. Obiit in die S. Valentini, an. gratiæ per Christum reparatæ 1463.

35. Simon tertius, eligitur unanimi consensu Capituli- rium Paderbornensium in Episcopum, an. Dom. 1463. Præfuit summa prudentia ac laude an. 25. temporibus longè turbul- lentissimis. Tandem an. Dom. 1489. patalyti tactus, cum consensu Capituli, Magistratu se abdicans, gubernationem Episcopatus Hermanno Coloniensi Archiepiscopo commenda- vit.

36. Hermannus cognomento Pacificus, Landgraphus Hes- siæ, Archiepiscopus Coloniensis, & Rom. Imp. Elector, per resignationem Simonis Episcopi, Paderbornensis Ecclesiæ administrator factus est, an. Dom. 1489. Præfuit pacificè ac quietè ad annum Christi usque 1508. cujus anni vicima fe- prima Novemb. huic vitæ valedixit.

37. Erricus Dux Brunsvicensis & Grubenhagius, Princeps pacis ac justitiæ studio nemini secundus, Canonicus Paderbor- nensis, primùm ad Onabruggensis Episcopatus gubernationem postulatur, postea Hermanno Coloniensi mortuo, Pa- derbornensi etiam Ecclesiæ unanimibus totius summi Collegii suffragiis præfuit, an. Dom. 1508. Præfuit utriusque Episcopatu, Onabruggensi videlicet & Paderbornensi, fideliter ac utilissimè annis viginti quatuor, totè Vestphaliæ charissi- mus. Postulatur ad administrationem etiam Monasteriis Episcopatus: sed morte præventus, ejus Ecclesiæ gubernaculum Pontificia confirmatione non obtinuit. Obiit autem 14. Maji, an. Dom. 1531.

38. Hermannus secundus hujus nominis, Archiepiscopus Coloniensis, & sacri Romani Imperii Elector, inclutus Comes à Vvida: postulatur & eligitur unanimi consensu totius Capitu- li in administratorem Paderbornensem decima tertia Julii, an. 1532. Præfuit ad annum Christi usque 1549. laudabiliter & summa cum virtute. Exautoratur propter heresim, in quam dilapsus fuerat. Successit in Coloniensi Archiepiscopatu & H Electoratum (sed nescio an etiam in Paderbornensi administra- tione) illustri ac generosis, animi, corporis ac fortunæ bonis clarissimus, Comes Dominus

39. Adolphus à Schavvemberg Saxo, verè heroica corporis proceritate præditus.

EPISCOPI HALBERSTADIENSES, QUI OLIM SALINGENSTADIANI ET OSTERVICIENSES.

Halberstadiensis Episcopatus in Saxonibus, à Divo Carolo Magno, nunquam satis laudato Galliarum Rege ac Imperatore Romano, fundatus, inchoatus ac liberalissime donatus est, anno Christianæ salutis 780. Capit autem non Halberstadi, sed apud Salingenstadum sive Ostervicium, ubi Carolus Magno magnificum templum constructum fecit. Inde Episcopatus iste Salingenstadianus etiam & Ostervicensis Episcopatus dici olim solitus est. Translatus verò est in con- N fluen-

A fluentiam Albis ac Ore fluviorum, ut in commodiorem ac meliorem locum ab eodem Carolo Magno & primo Anstifre S. Hildegrino, qui huic novae Urbis & Ecclesiae jam inchoate a confusio omnium, novum etiam nomen indiderunt: appellantes Alborastadium, quasi Urbem ab Albim & Oram amnes sitam. Habentur & extant adhuc in Halberstadiana Ecclesia Caroli Magni diplomata, an. Dom. 804. data, quibus terminus hujus Episcopatus circumscriptus, egregie inferuit omnes. Primus ergo:

1. S. Hildegrinus Cataloniensis, pater Diergerino, matre vero Lieburga natus: ex Cataloniensi Episcopo; Ecclesiae Salingenladiana Antistes ac praesul designatus est a Carolo Magno Galliarum Rege, ann. Domini 780. Praesul summa cum pietate, docendo & concionando & gubernando commissam sibi provinciam, summa item integritate vitae, an. 47. Sub eius gubernatione translata est Episcopalis sedes ex Osterwico, vel Selgenstadio, ad constitutas Elborastadienses: in quibus castra est ab Hildegrino Episcopo & Carolo Magno Urbis Elborastadium, quam nunc paululum immutatis literis B Halberstadium appellamus. Obiit an. Dom. 827. decima nona Junii.

2. Thiagrinus, vel Diergerinus, Episcopi Hildegrini ex fratre nepos, constituitur ex Corbejensi Abbate Episcopus secundus Elborastadianus ab Imperatore Ludovico Pio, an. Dom. 817. Praesul 14. an. obiit an. Dom. 841.

3. Heymo ex monacho Hirsfeldensi tertius designatur Episcopus Elborastadiensis, an. 841. Praesul an. 12. Fuit Episcopus doctus, cujus extant commentarii in omnia scripta Prophetica & Apostolica. Obiit an. Dom. 853.

4. Hildegrinus secundus, primi ex sorore nepos, eligitur an. gratiae 853. Praesul prudentissimae ac optimae an. triginta quatuor: obiit an. fal. 887.

5. Evlipus, alius Evvipulus, successit Hildegrino secundus, ann. Domini 887. Praesul ann. novem: obiit an. gratiae 896.

6. Sigimundus ex Hirsfeldensi caenobita Episcopus constituitur Halberstadianorum ab Imperatore Arnolpho, an. 896. Praesul summa virtute an. triginta. Obiit an. gratiae 926. decima quarta Jan.

C 7. Bernhardus Burgeravius Magdeburgensis, electus in Episcopum an. Dom. 926. Praesul an. quadraginta octo. Deceffit ex hac mortali vita an. fal. 974.

8. Hildevardus, eligitur ex Praeposito in Episcopum an. 974. Praesul an. viginti duobus: obiit an. Christianae salutis 996.

9. Arnoldus successit Hildevardo, praesul an. 27. obiit an. 1023.

10. Brantho, vel Brandago, eligitur Bambergae an. 1022. a S. Henrico Imperatore, ex Abbate Fuldensi in Episcopum Halberstadiensem. Praesul Episcopatus an. tredecim, evocatur ex hac vita an. salutis 1036.

11. Burcardus Comes a Voburg, Bavarus, eligitur an. Domini millesimo tricesimo sexto. Praesul 23. an. Obiit an. Domini Incarn. 1059.

12. Bernhardus Bucko ex Goslariensi Praeposito Episcopus constituitur ann. Domini 1059. Praesul summa prudentia annis viginti octo, etsi in maximis temporum suorum difficultatibus. Obiit 11. Aprilis, an. Christianorum 1088. sagitate factu verberatus, orta seditione inter cives Halberstadienses.

13. Dietmarus, eligitur per discordiam, an. Dom. 1088. Praesul diebus sedecim tantum, & subito moritur, non sine magna porrecti veneni suspitione: vir pius ac iustus, majorique loco dignissimus.

14. Hartrandus, alius Stephanus, successit Dietmaro: Praesul an. tredecim. Obiit 22. Octob. an. a nato Christo millesimo centesimo primo. Vacat sex annis, cum propter Saxonicas turbas, tum propter disceptationes Canonicorum.

15. Renichardus, eligitur an. 1107. Praesul quindecim. Pugnavit an. Dom. 1111. contra Henricum V. Imperatorem ad VVelponis Sylvam, ubi Caesarem exercitum fudit ac prostravit. Obiit an. Dom. 1122.

16. Otho eligitur an. Dom. 1123. Praesul 6. an. & accusatus apud Pontificem Maximum Honorium secundum, quod largitionibus & simoniacis artibus pervenisset ad Ecclesiae gubernaculum, exautoratus est ab eo an. Dom. 1129. Sequente anno, mortuo Pontifice Honorio, ab Innocentio secundo restituitur. Praesul prudenter ac fideliter ad annum Christi

usque 1133. & ab eodem Innocentio iterum exautoratur in E Synodo Pisana.

17. Rudolphus, eligitur an. Domini 1133. Praesul sedecim annis. Condidit templum D. Virginis e regione Basilicae S. Stephani. Obiit sexta Octobrium, anni a nato Chr. 1149.

18. Udalricus ex Praeposito Ecclesiae ad D. Virginem, Episcopus creatur an. Dom. 1149. Praesul turbulenti temporibus an. triginta tribus: obiit animi merore in caenobio Hugshofensi tricesima Julii, an. Dom. 1182.

18. Theodoricus, eligitur a quibusdam superstitibus adhuc Canonicis ex Praeposito D. Virginis in Episcopatum, an. Dom. 1182. Praesul tredecim an. templum incendio vastatum, medicritur restituit. Obiit an. Chr. 1195.

20. Bertholdus, alius Gardolphus, eligitur ex Decano in Episcopum an. salutis 1195. Praesul septem ann. Obiit in Kaldenbornensi caenobio 21. Augusti, an. gratiae 1202.

21. Conradus constituitur Episcopus Halberstadianus, an. Dom. 1202. Praesul septem an. & resignat Episcopatum ann. 1209. concedens in Monasterium Sittichenbacenae, ubi reliquam vitam exegit.

22. Fridericus Burgeravius Kirchbergensis, ex Thuringis natus, eligitur an. Dom. 1209. ab unanimi consentiente Canonicorum Collegio. Praesul utiliter an. uno & viginti. Obiit an. 1231.

23. Ludolphus Comes a Seladen, eligitur in Episcopum an. 1232. Praesul an. 13. Obiit an. Dom. 1243.

24. Meinhardus, alius Moyneras, Kranfeldius, eligitur an. 1245. Praesul an. 13. cum plurima laude: obiit an. 1259.

25. Ludolphus Comes a Seladen, praesul duobus annis, & resignat.

26. Voltadus Kranfelderus, eligitur an. Dom. 1261. Praesul an. 9. Vale dixit una cum Episcopatu vitae mortali, ann. Dom. 1270.

27. Hermannus Comes de Blanckemberg, successit Voltado. Praesul an. 11. Deceffit ex hac mortali vita, an. Dom. Incarnationis 1281.

28. Albertus vir insignis ex Comitibus Anhalidinis natus, eligitur in Episcopum Halberstadiensem, an. Dom. 1281. Praesul an. 44. Deceffit ex hac mortali vita ad immortalitatem, an. G 1326.

29. Albertus Dux Brunsvicensis, eligitur an. Christianorum 1327. Praesul laboriosissime in summis difficultatibus, an. triginta & aliquot mensibus. Obiit an. Dom. 1358.

30. Ludovicus Landgravius Thuringiae & Marchio Misnie constituitur Episcopus Halberstadiensis, an. Dom. 1358. Praesul octo an. & postulat ad gubernationem Episcopatus Bambergensis, an. 1366.

31. Albertus ex pago Rickmerstorffensi natus, patre Agricola, eximius & eloquentissimus doctor Parisiensis, acutissimus Philologus, cujus extant scripta sopsimata: eligitur in Halberstadiensem Episcopum, an. Dom. 1366. Praesul viginti quatuor an. Pugnans infeliciter adversi Hildesheimensem Episcopum, & vincitur Logica a Rhetorica: ut supra in Hildesheimensibus dictum est. Deceffit ex hac mortali vita an. Dom. 1390.

32. Ernestus Comes ab Honstein, eligitur an. 1390. Praesul an. fere decem, exautoratur an. Dom. 1399. Sequente anno mortuus, septem an. mansit inhumatus: sepelitur tandem Halberstadi ad S. Stephanum.

33. Rudolphus Comes Anhalidinus successit exautorato Episcopo Ernesto, an. Domini 1399. Praesul annis septem, & extinguitur merore animi, anno Domini Incarnationis 1406.

34. Henricus Baro, vel Comes de VVerberge, eligitur an. Dom. Incarn. 1409. Praesul an. 4. & aliquot mensibus. Obiit an. Dom. 1411.

35. Albertus Comes de VVerlingenrode, successit Episcopo Henrico, an. fal. 1411. Praesul fideliter annis septem. Obiit an. Dom. 1418.

36. Joannes praesul post Alberti mortem, canonicis subrogatus, an. septendecim. Obiit an. Chr. 1435.

37. Burcardus Baro, vel Comes de VVerberge, successit in gubernatione Episcopatus Joanni Hoymentis, an. 1435. Praesul varia fortuna an. 23. Obiit an. Dom. 1458.

38. Geberhardus nobilis Regulus de Hoym, eligitur an. gratiae 1458. Praesul summa cum laude an. uno & viginti. Resignavit 1479.

39. Erne-

A 39. Ernestus Saxoniae Dux, Archiepiscopus Magdeburgensis & Germaniae Primas, postulat & assumitur in administratorem Halberstadiensem unanimi consensu totius Clerici, an. Domini 1479. Administravit Episcopatum Halberstadiensem an. triginta quatuor. Vale dixit huic mortali vitae, an. Dom. 1513.

40. Albertus Marchio Brandeburgensis, Archiepiscopus Magdeburgensis & Moguntinus, Cardinalis, Episcopus Ecclesiae Halberstadiensis, an. Dom. 1513. Praesul an. triginta duobus. Obiit an. Dom. 1545. Vacavit hosti hujus mortem Halberstadiensis Ecclesiae an. tribus.

41. Joannes Albertus Marchio Brandeburgensis, Archiepiscopus Magdeburgensis & Germaniae Primas, antea, vivente adhuc Cardinale Alberto, coadjutor: constituitur & eligitur in Episcopum Halberstadiensem, an. Domini 1548. Obiit an. 1552.

42. Sigimundus Marchio Brandenburg. Archiepiscopus Magdeburgensis, praesul an. 14. usque ad an. 1567.

43. Henricus Julius, Julii Ducis Brunsvicensis filius, electus an. 1566. inauguratus an. 1576.

EPISCOPI VERDENSES.

Verdenfis Episcopatus in Orientali Saxoniam, ultra Visurgin amnem, inchoatus est devotissimis Saxonibus, & liberalissime dotatus a Carolo Magno Galliarum Rege potentissimo, ac Romanorum Imp. laudatissimo, an. Christi circiter 776. Cecepit autem primum haec Ecclesia in honorem Beatae Virginis Mariae in loco Konende, aut ut alii volunt, in Civitate Bardevicensi: mox vero majoris commoditatis ergo ad Vardenie, clarius tum & nobilissimum quam est hodie, oppidum translata. Ejus Episcopalis Ecclesiae, unius ex decem Episcopatibus a Carolo Magno in Saxoniam a se devota fundatis, doctores praesules ac gubernatores a prima origine numerantur infra scripti.

1. Suibertus Abbas Anglicus, Benedictinae professionis, vir mita vitae sanctimoniam praedixit: audiens Saxoniam ad Christum esse conversam, & ibi desiderari pastores, qui populum in Christianismo instituerent, amore propagandae doctrinae de Christo, venit per mare in Saxoniam: ubi a Carolo Magno clementer exceptus, statim huic novo Episcopatu praefectus est, an. Domini 776. Praesul tenebat adhuc & pubeicent Ecclesiae summo studio, cum doctrina, tum exemplis, per annos unum & viginti. Condidit auxilium Caroli Magni caenobium Cathedrali Ecclesiae Caroline contiguum, pro Canonicis sub Benedictina regula victurus. Expellitur tandem ab infidelibus quibusdam a gubernatione Ecclesiae, divinitus & per Carolum Magnum sibi commendata, an. Dom. 797. Dedit vero ei Domini: Bertrada Pipini regis conjux, & Caroli Magni mater, pagum Kheiferivert insulam Rheni, non procul a Colonia situm: in ea domunculam sibi construens, & Deo summo zelo serviens, reliquam vitam sibi exegit. Obiit autem an. Dom. 807. ultima Aprilis. Sepelitur in templo, quod ipse in eo pago prope Oratorium suum sibi & suis statuit & erexit.

2. S. Patro Scotus & Monachus Benedictinus, & Abbas Ambarbarensis, successit Suiberto.

3. S. Tanco tertius Episcopus, successit S. Patroni, & ipse Scotus.

4. Nortyna, de quo nihil traditum reperitur.

5. Cevilo, alius Levilo: legitur praesulisse Verdenfi Ecclesiae solo nomine, propter malitiam temporum & infidelium furtores.

6. Cortyla Scotus.

7. Ingerus.

8. Hartuchus Scotus & Abbas Ambarbarensis. Sub hoc Episcopo canonizati & in Divorum numerum a Pontifice Maximo relati sunt, S. Patro & S. Tanco Episcopi Verdenfes miraculis clari.

9. Heligandus vixit & praesul Ecclesiae Verdenfi an. Dom. 833. cum S. Angarigo Hamburgensis commendaretur Ecclesiae ab Imp. Ludovico Pio.

10. Ertulfus successit Heligando. Trucidatur & martyrio coronatus cum multis aliis Christianis in loco Eppeckstorp (in quo postea Monialium caenobium est constitutum) a Nordmannis ac Danis Saxoniam miserè vastantibus, circa an. Christi 876.

11. Vvaltherus Saxo: cum omnes reliqui fugissent vel Scoti vel Angli, successit martyri Ertulfio, constituitur a rege Ludovico secundo.

12. Vvighetus dignitate cum generis tum religionis ful-

L. B. Theatr. vitae Human. Tom. 111.

gens: generis coram hoc saeculo, religionis coram Christo: E subrogatur Vvalthero Episcopo. Donatur munificentissime a Ludovico secundo. Dedit & ipse dono patrimonium suum Ecclesiae Verdenfi. An. Christi 809.

13. Bernhartus, vir plenus virtutum, qui utilissimè praesul Episcopatus Verdenfi sub tribus Imperatoribus, Ludovico tertio, Conrado primo, Henrico Aucupe; quibus omnibus eximie charus fuit.

14. S. Adelvardus illustri genere ortus: constituitur ab Henrico Aucupe.

15. Amelungus, filius Hermanni Vvilungi Ducis, constituitur ab Othone primo Imperatore in successorem S. Adelvardi.

16. Bruno Saxoniae & Suevae Dux, filius Othonis, nepotis Othonis Magni ex Leutholpho filio, successit Amelungo: in hereditatem suam paternam Deo & Ecclesiae dedit, Monasteriumque Ulfinesse propriis & Deo fideliter servientibus puellis condidit, in honorem beatae Virginis Mariae & S. Joannis Baptistae. Designatur Romanus Pontifex ab Othone tertio an. Dom. 994. cognominatur Gregorius 5. Praesul sedi Apostolicae viginti mensibus. Coronavit Othonem tertium: cum quo ille idem Bruno Pontifex Maxim. auctor est Septemvirorum summi in Rom. Imperio senatus, qui solus jus habet & potestatem eligendi Imperatoris. Obiit Romae non sine veneni suspitione 27. Maji, anno Incarnati Verbi 996.

17. Herpo successit Brunoni ad summum Pontificatum electo, an. salutis 994. Fuit vir acutissimi ingenii, & eruditiois ac doctrinae maxima. Consequutus est ab Othone tertio potestatem eudenda moneta.

18. Bernhartus, alius Bernanus, successit Herponi. Consequutus est privilegia ab Imperatore S. Henrico secundo. Deceffit ex hac vita vicefima quinta Augusti, an. Dom. 1013.

19. Vviggerius subrogatur Bernharto: praesul an. quindecim. Ampliavit summam Basilicam Verdensem. Obiit septima Septembrii, an. 1038.

20. Diethmarus eligitur post mortem Vviggerii in antistitem Verdensem. Praesul non diu, & viam omnis carnis ambulavit ex hac misera lacrymarum valle.

21. Bruno secundus, successit Diethmaro. Sub hujus gubernatione Vandalorum irruptio in Saxoniam Orientalem plurimum obfuit Ecclesiae Verdenfi.

22. Sigebertus eligitur in successorem Brunonis: fuit charus Henrico quarto & ejus matri Agneti Imperatrici, & quibus sylvas seu forestam Magdheydenem, & arcem Hermenbergensem consequutus est. Obiit 13. Octobris, ann. Domini 1060.

23. Kichebertus, Ducali stemmate natus, & Cleri sui sub Regula Benedictina adhuc viventes amantissimus. Praesul Imperatoris Henrici V. temporibus.

24. Hardovicus successit Kicheberto: obiit imperante Lothario II.

25. Maso, alius Mazo, ex Canonico Goslariensi Episcopus Verdenfis designatur post mortem Hardovigi: obiit imperante eodem Lothario.

26. Dietmarus secundus, successit Masoni Episcopo, an. Domini 1128. Praesul ann. 40. Deceffit ex hac vita nono Kalendarum Octobris, an. Incarnati Verbi 1168. imperante Conrado tertio. Interfuisse legitur expeditioni Hierosolymitanae.

27. Hermannus subrogatur Tietmaro: fuit Imperatori Friderico charissimus, & quo liberaliter donatus est. Consequens est privilegia ab Eugenio III. Pont. Max.

28. Hugo eligitur, Hermannus ex hac vita evocato, in Episcopum Verdensem. Obiit in Kalendis Martii, anni a nato Christo 1189. quo Padewickum Urbis Saxoniae venustissima expugnata, direpta, incensa & everta est: ex cuius ruinis nata est Urbs Lüneburgensis.

29. Tammo, vel Tanno, ex Camerario summi Collegii Verdenfium Canonicorum, designatur Episcopus an. 1189. Acquisivit arcem Vallent Lovensem cum adiacente territorio. Dedit Ecclesiae imaginem D. Virginis e solido auro concinnatam. Deceffit ex hac vita Idib. Decemb. ann. Chr. 1197.

30. Rudolphus eligitur in Episcopum Verdensem, ann. Incarnati Domini 1197. Praesul an. 11. Obiit an. Dom. 1208.

31. Ifo Comes de Vvelna, eligitur an. Christianorum 1208. Praesul an. viginti sex. Deceffit ex hac vita, an. gratiae per Christum restituta 1234. quinta Augusti.

N 2 32. Lu-

A 32. Luderus successit Episcopo Isoni, anno Domini 1234. Præfuit annis 20. Obiit anno soluis Christiane 1254. Fundavit Scherbenfense Monasterium. Sub hujus gubernatione capta est civitas Verdenfis à Comite de Velpa.

33. Gerardus Comes de Hoja, constituitur Episcopus Verdenfis anno gratie 1254. Præfuit annis 16. obiit anno Domini 1270. Sub hoc vastata est incendio Ecclesia Cathedralis tota, cum Canonicorum habitacionibus, quæ fuit occasio mutatae vite Regularis in Clero Verdenfi.

34. Conradus Dux Brunsvicensis, germanus frater Othonis Antistitis Hildesiani: designatur Verdenfis Episcopus anno Domini 1270. Præfuit laudabiliter, prudenter & utiliter annis triginta tribus. Valedixit mortali vite, anno redempti orbis 1303. Octob. 15.

35. Fridericus nobilis Regulus ab Honstetten, assumitur concordibus Capitaliarum suffragis in Episcopum Verdenfem, anno Domini 1303. Præfuit decem annis, quatuor mensibus: moritur anno Domini 1314. Vir elegantis & maxime proceræ supra communem hominum rationem statura.

B 36. Nicolaus, vir summa prudentia, eligitur in summum Pastorem Verdenfium, anno Domini 1314. Præfuit annis viginti: obiit anno Virginie partus 1334.

37. Joannes insignis Curie Romanæ Medicus, à Pontifice Maximo Benedicto duodecimo Ecclesie Verdenfi commendatur & offertur in Episcopum, anno Domini 1334. Non diu præfuit, quia nec regio, nec Ecclesia ei placebat. Romam igitur reverfus, pro splendidiore dignitate & loco laborans, Frysingensem Episcopatum anno Domini 1338. consequitur: mortuus tamen Romæ, in Ecclesiam Frylingensem nunquam venit. Præfuit tamen Frylingi annis duodecim. Obiit anno Domini 1350.

38. Daniel Carmelita, Theologie Magister, vir eximia doctrina & prudentia præditus: ex Pontificia provisione consequitur Episcopatum Verdenfem, anno Domini 1337. Præfuit annis novendecim, primum quiete & placide, sed tandem Clero admodum injurijs: à quo cum anno Domini Incarnationis 1336. ad supplicium quæreretur, Coloniam aufugit, ubi in excommunicatione mortuus est. Sepelitur Aldemburgi. Exat de eo tale Epigramma:

C *Daniel Antistes, non curat Clerus ubi stes:
Optans ut valeas, dummodo non redeas.*

39. Voolens ex Caroli quarti Imperatoris Cancellario Episcopus Verdenfis designatus est, vir sapientissimus, & omnibus Imperii proceribus summe charus: non diu præfuit. Mortens dedit Ecclesie sue trecentos Rhenenses.

40. Gerhardus Baro Montensis, successit Episcopo Rudolpho, sed nec ille diu præfuit: vocatus enim ad Hildesianum Episcopatum gubernandum, mortuo Joanne Schadlandio, Verdenfem resignavit anno Domini 1364. Præfuit enim ibi triginta tribus annis.

41. Henricus à Langen, Lunnenburgensis, ex Præposito monialium Lunenfium creatur Episcopus Verdenfis, anno Domini 1364. vir pius, mitis & placidus. Præfuit annis octo. Obiit decimatercia Januarii, anno Domini 1380.

42. Joannes de Selterfiet Decanus Bremensis, successit Henrico: præfuit laudabiliter annis octo, decessit ex hac mortali vita, decima Decembris, anni 1388.

43. Otho Brunsvicensium & Lunenburgerum Dux, Magnus Principis filius, eligitur anno Domini 1388. Sub eo aboluta est Verdenfis Ecclesia Cathedralis, quam dedicavit ille an. 1390. Postea ad Bremensis Archiepiscopatus gubernationem accitus, Verdenfem, pulchrè tamen prius nudatam (ut inquit Crantzius) resignavit.

44. Theodoricus de Niem, sacrarum Scripturarum & legum insignis Magister, substituitur resignanti Othoni à Pontifice Maximo Bonifacio nono. Rediit post paucos annos Romam, ubi resignata Pontifici Verdenfi Ecclesia, ab eodem ad Cameracensis Episcopatus in Arctia gubernationem est e-veclus.

45. Conradus nobilis heros de Vechar, eximius Jurium Doctor, præfuitur Ecclesie Verdenfis à Bonifacio nono Pontifice Maximo: mox resignata Verdenfi Ecclesia, Archiepiscopatum Pragensem consequutus est.

46. Conradus è Sultovr Lunenburgerius, sacre pagine Doctor, tertius qui à Bonifacio nono Pont. Max. ad Verdenfem Ecclesiam quæ emendam destinatur. Is utilissimè præfuit: Scripsit librum de Sancta Trinitate: accusatus hæresicos, Roman

profecus, coram Pontifice ac toto Cardinalium consensu, E longa oratione habuit, seipse purgavit. Obiit postea anno Domini 1407.

47. Henricus Comes de Hoya, ex Decano Episcopos Verdenfis factus est an. Dom. 1407. canonicè electus à Senat. Canonicorum: contra illum inquit Gregorius XII. Pont. Max. Udalricum Albancensem Canonici juris Doctorem, Ruperum Rom. Regi charum. His duobus de Episcopatus possessione digladiantibus per integrum annum, sententiam tandem tulit Alexander V. Pont. Max. jubens Udalricum cedere, Henricum verò Apostolica auctoritate confirmans. Is Henricus præfuit post adeptam confirmationem annis octodecim, sed non admodum multa cum laude: Renunciavit tandem Episcopatum anno 1426.

48. Joannes de Ales Hildesianus, Decretorum Doctor, constituitur Verdenfis Ecclesie Antistes à Martino V. Pontif. Max. anno Domini 1427. Præfuit prudentissimè ac utilissimè annis quadraginta tribus: fuit pacis maxime studiosus, sed cui pace tamen admodum diuturna fuit non licuit. Resignavit Episcopatum, Metallicarum rerum studijs præcipue delectatus, 1470. ætatis sue nonagesimo.

F 49. Bertholdus insignis Baro de Landsberg, vir mitis, placidus & humanus erga quosvis, ex Decano summi Collegii Canonicorum Verdenfium in Episcopum eorumdem eligitur, anno Domini 1470. Illustravit novis ædificiis istudem splendidissimè summam & Cathedralem Ecclesiam Verdenfem, per annos septendecim integros, huic uni rei operam summam impendens: eam dedicavit anno Domini 1490. Collegit insignem Bibliothecam in templo Mauriciano. Erat omnium doctorum hominum amicus, ac futor summus: obiit in arce Rotemburgenfi in vigilia Ascensionis, an. Domini 1503.

50. Christophorus Dux Brunsvicensis, Henrici junioris Ducis Brunsvicensis germanus frater, Bremensis Archiepiscopalis Ecclesie coadjutor: assumitur anno ætatis sue decimo septimo in administratorem Verdenfis Episcopatus, unanimi consensu Canonicorum, an. Domini 1503. Præerat adhuc an. Domini 1594. Eximie proceræ corporis staturam præditus.

G 51. Gregorius prioris frater, obiit an. 1588.

52. Eberardus ab Hol. Episc. Lubecensis, obiit an. 1567.

53. Philippus Sigismundus Dux Brun. 1585.

Plura de his parte ex Metropoli Crantzii.

EPISCOPI BAMBERGENSES.

Bambergensis Episcopatus longè amantissimus ac nobilissimus, ad Pegneium & Mennum, non incelebres annes, in Francia Orientalis sinus, fundatus & institutus est anno Incarnationis Verbi 1007. ab Imperatore Henrico secundo, Bavarorum & Saxoniarum Duce, quem propter summam vite integritatem, Sancti cognomine Ecclesia honoravit: ab ejus item honestissima conjuge, Diva Chunegunde Rheni Palatinissa, Sigefridi filia, laudatissima Imperatrice: quæ æternam cum marito pudicitiam & castitatem legitur conservasse. Longum esset commemorare, quas dignitates, immunitates, ac prerogativas huic Ecclesie contulerint, & ab omni onere exonerint.

1. Illius primus Antistes fuit Eberhardus, pius & religiosus vir, an. Domini 1007. à S. Henrico II. Imperatore Aug. ejusque conjuge Diva Chunegunde designatus. Præfuit is fideliter ac laudatissimè annis triginta quinque: Decessit ex hac lacrymarum valle, an. Christi 1042. decima tertia Augusti. Sub hujus gubernatione constituitur & fundatur, anno Domini 1009. ab istidem Sanctis fundatoribus Ecclesie Bambergensis, Benedictinum Monasterium Montis Monachorum, cui Imperator præfeci primum Abbatem Rapathonem, an. Dom. 1015.

2. Suidegerus, aliis Suiggerus, & iterum aliis Sindegerus Saxo, S. Henrici Imperatoris Cancellarius, vir eximia doctrina, sapientia & virtute præditus: constituitur secundus Episcopus Ecclesie Bambergensis, anno Domini 1042. Præfuit summa cum laude annis quatuor. Et cum eodem tempore gravissimum esset schisma in Ecclesia Romana, cum suis præerant tres Pontifices, capitalibus odiis inter se dissidentes, & concertantes: exautoratis istis tribus, & à Roma ejectis omnibus: hic Suidegerus Episcopus Bambergensis Impera-

Aperitoris Henrici Nigri favore præfuit summo Pontificanti, & Ecclesie Romanae, anno Incarnationis Verbi 1047. Sedit is Romæ mensibus novem tantum, non jam amplius Suidegerus, sed Clemens II. appellatus. Obiit anno 1048. non sine suspitione porrecti veneni.

3. Haroldvidus, alibi Hezelinus & Hazechinus dictus: ex Imperatoris Henrici III. Cancellario, tertius Antistes Ecclesie Bambergensis præfuit à domino suo Imperatore, anno Dom. 1047. Præfuit annis septem. Obiit anno 1054.

4. Adalerio Comes Pogenfis, Bavarus, Conradi II. Imperatoris è sorore nepos. Eligitur in Episcopum Bambergenfem Oeringi in Bavaris, in ipso Natali Domini, an. 1054. Præfuit prudenter & fideliter sex annis & aliquot mensibus. Obiit anno 1060.

5. Guntherus vir eloquentissimus, ac multarum linguarum cognitio illustris: eligitur anno gratie 1060. Præfuit 6. annis utilissimè. Profecus est anno Domini 1064. cum Sigefrido Archiepiscopo Moguntino, & multis aliis Germanie Ecclesiasticis & secularibus Principibus, ad terram sanctam, ubi contra grassatores quosdam fortiter ac magnanimitè dimicavit. Inde domum rediit, cum in Carinthiam venisset, ibi morbo correptus, aliquandiu decubuit, & tandem etiam occubuit, an. 1066.

6. Hermannus, aliis Ricimannus, Sigefridi Archiepiscopi Moguntini prius Vicetenus, consequitur Episcopatum Bambergenfem, an. Dom. 1066. Præfuit annis ferè decem. Exautoratus an. Dom. 1075. & excommunicatur à Gregor. VII. propterea quod intrasset in ovile hoc Dominicum per clandestinos cuniculos Simoniacè pravitatis. Erexit is ac liberalissimè donavit S. Jacobi Ecclesiam collegiatam in suburbio sitam. Ingressus est Monasterium Schwartzachianum Francia Orientalis, in quo natum tandem debitum exsolvit.

7. Rupertus, vel Robertus, Præpositus Goslarieus in Saxonibus, & Henrici Regis intimus Confiliarius, designatur Episcopus, an. 1076. Præfuit fideliter & optimè annis viginti ex. Obiit undecima Julii, an. Christi 1102.

8. S. Otho Bavarus, Bertholdi Comitiss Andecensis, ac Cominæ Sophiæ Ducissæ in Amberana valle filius, natus an. Dom. 1069. Henrici IV. Cancellarius, Henrici V. Sacellanus: eligitur & confirmatur in octavum Antistitem Bambergenfem, anno gratie 1102. anno ætatis sue tricesimo tertio. Consecratur à Paschali secundo P.M. Agnatie in festo Pentecostes. Præfuit piè, prudenter & utilissimè annis triginta septem. Appellabatur propter singularem modestiam ac humanitatis laudem, cognomine humilis. Converterit ut verus Episcopus fideliter concionando & docendo, ad Christi notitiam ac professionem Pomeranos, anno Domini 1124. Inde hodie adhuc Pomeranorum Apostolus dici solet. Rediit ex Pomerania Bambergam, an. Dom. 1125. in vigilia Resurrectionis Dominice: Fundator ac instaurator multorum monachiorum. Obiit anno ætatis sue septingentesimo, anno verò à Natali Domini 1139. Sepelitur in monte Monachorum ante aram maximam chori honorificè. Intestina in sacello D. Virginis, sub ara S. Catharinae, terræ sunt reddita. Levatus est de tumba & in honorificum Mausoleum depositus, in Divorumque numerum relatus, cum Clementis Pontif. Max. consensu, anno 1189.

9. Egilbertus successit Episcopo Othoni anno 1140. Præfuit sex annis. Sub eo canonizatus est S. Henricus, fundator Bambergensis, anno Domini 1145. Decessit Episcopus anno sequente.

10. Eberhardus Dux Bavarie, eligitur anno 1145. Sedit ad Episcopatum clavum annis 26. Obiit decima septima Julii an. 1172.

11. Hermannus Marchio Misnensis, Conradi filius, eligitur an. 1172. Præfuit quinque annis. Obiit 12. Junii, an. Dom. 1177. Hunc Episcopum, alii Marquardum vocant, & Abbatem Fuldensis prius fuisse scribunt.

12. Potho, aliis Poppo cognomine Largus, Dux Meronie & Comes de Andech, eligitur anno 1177. Præfuit annis 15. Obiit an. Dom. 1192. secunda Maji. Sub ejus gubernatione Otho Episcopus octavus canonizatus, & in Sanctorum numerum relatus est, an. Dom. 1179.

13. Thimo successit Poppo, an. gratie 1192. Præfuit decem annis. Obiit decima sexta Octobris, anni à nato Christo 1202. cum præ eadem anno canonizata esset S. Cunegundis à Papa Innocentio.

L. B. Theat. vitæ Humanæ. Tom. III.

14. Conradus eligitur in Episcopum, an. Dom. 1202. Obiit E statim sequenti die post electionem.

15. Eckembertus, aliis Erymbertus, Stephani Hungarorum Regis frater: eligitur in Antistitem Bambergenfem an. salutaris 1203. Præfuit laudabiliter annis triginta duobus. Gessit bellum an. Dom. 1232. contra Bernhardum Charitiae Ducem: cuius cum ditionem ferro & igne hostiliter miserimè devastaret, captus à Ducis ministerialibus, per totum tempus Quadragesimale detentus, & postea certis pacis conditionibus iterum dimissus est. Obiit anno Domini 1235. quinta Junii.

16. Poppo Meronie Dux, eligitur anno gratie 1235. Præfuit annis septem. Exautoratur anno 1242. ab Imper. Friderico II. Siciliae & Hierosolymorum Rege.

17. Henricus de Catalonia, Imperatoris Notarius, constituitur à Romano Pontifice Bambergensis Ecclesie Antistes, anno Domini 1242. Præfuit quindecim annis. Obiit decima septima Decembris, anni à nato Christo 1257. in Charinthia.

18. Leopoldus Comes à Leyniengen, eligitur an. Dom. 1257. Sedit 28. annis. Obiit 17. Maji, an. Christi 1285.

F 19. Arnoldus Comes à Solms, eligitur anno 1285. præfuit annis decem, obiit decima nona Julii, anni à nato Christo 1295.

20. Leopoldus Comes à Grundlach, eligitur anno 1295. Præfuit novem annis. Desit esse inter mortales vicefima secunda Aug. an. Dom. 1304.

21. Vvulgingus constituitur in Episcopum an. Dom. 1305. nobilis Baro à Stubenberg, Monachus Domini-caster. Præfuit quatuordecim annis. Decessit anno 1319. Martii 14.

22. Joannes eligitur canonicè in successorem Vvulgingi: presidet duobus saltem annis, evocatur ex hac ad aliam meliorem vitam, an. Dom. 1321.

23. Henricus eligitur an. 1322. ex Dominicastro Monacho & Decretorum eximio Doctore in Episcopum Bambergenfem. Præfuit octo annis, obiit an. 1329. 14. Aprilis.

24. Vvertho pincerna à Richeneck, eligitur an. Domini 1327. Præfuit annis quatuor, obiit in ipis Kal. Aprilis, anni à nato Christo 1333.

25. Leopoldus designatur Episcopus Bambergensis, an. Dom. 1333. Præfuit annis septem, obiit 20. Julii, an. 1341.

26. Fridericus Comes de Alta flamma, vulgò Hohenlohe, eligitur an. Dom. 1342. Præfuit 8. annis & aliquot mensibus. Obiit vicefima prima Decembris, anno à nato Salvatore 1351. Habuit germanum fratrem Albertum, eodem tempore Episcopum Herbipolensem.

27. Ludovicus nobilis Regulus à Bebenburg, doctor Pontificiarum legum, eligitur in Episcopum Bambergenfem, anno Dom. 1352. Præfuit 10. annis, obiit an. 1363.

28. Fridericus Baro à Truchedingen, eligitur an. 1363. Præfuit tribus tantum annis. Decessit 19. Maji, anno redempti orbis 1366.

29. Ludovicus Marchio Misnensis, & Landgravius Thuringie, Friderici Severi Landgravi filius, ex Domina Mechtilde Imperatoris Ludovici Bavarie filia natus: canonicè & legitime eligitur unanimi Canonicorum consensu, an. Dom. 1366. Præfuit fideliter & laudabiliter annis septem. Constituitur anno Christi 1374. à Pontifice Maximo Gregorio undecimo Archiepiscopus Moguntinus, adversus electum Adolphum Anaxovianum. Sed non consequutus est gubernaculum, & possessionem tanta dignitatis ac provincie, etsi auxiliis Imperatoris Caroli IV. nihil non tentarit. Inerit ad Archiepiscopatum Magdeburgensis, & Ecclesie Halberstadensis gubernationem postulatus, à Rom. Pont. confirmatur. Præfuit itaque Ecclesie per annum saltem unum. Obiit anno Domini 1376.

30. Lambertus nobilis à Borne, Alstæ, Vvithelmi Equitis aurati filius, eximie doctus. Factus est ex Monacho Neovvilleriano Abbas Gengenbacensis, ex Abbate Cancellarius aule Imperialis Carolinæ: consequutus est auxiliis Caroli IV. cui longè erat charissimus, quicquid voluit. Primum impetravit Episcopatum Brixienfem, cui cum paucis annis præfuisset, & Ecclesie Spirenfis Episcopus Gerhardus anno 1363. humanis rebus exemptus esset, impetravit etiam Carolus IV. Imp. à P.M. Urbano V. Spirenfis etiam Episcopus gubernaculum, contra Spirenfis Cleri suffragia. Præfuit Spira 9. annis laudabiliter, cuius Ecclesie omnium privilegiorum confirmationem

N 3 obi-

A obtinuit apud Imp. Carolum IV. Accidit postea, ut an. 1371. vacaret Argentinenfis Episcopatus, resignante eam gubernationem Episcopo Joanne Comite Lutzelburgio: ibi & hunc Episcopatum consecutus est per Carolum IV. Renunciavit itaque Spirensem gubernationem, Argentinam concessit, an. 1372. Sed nec ibi diu mansit, cum ejus loci Clero se non adeo gratum esse intellexeret: nam animadvertens anno 1374. evacuatam esse Bambergensem etiam Cathedralis sedem per resignationem Episcopi Ludovici, eam quoque ambivit; & cum Carolo IV. tum Pontificis patrocinio adjutus, facillime obtinuit. Valdegensis igitur & Argentinenfis Ecclesie, Bambergam se contulit, ubi cum laudabiliter & summa fide & virtute praevisset annis 23. resignata Bambergensi etiam sede, an. Dom. 1398. in Gegenbaccense cœnobium Allatie remigravit, ubi reliquum vite absolvit, & naturæ debitum persolvens, honorifica sepultura donatus est.

31. Albertus Comes à Vvertheim, Ostrofrancus: eligitur an. Dom. 1399. Præfuit viginti duobus annis. Obiit in Charentia an. Dom. 1421.

32. Fridericus nobilis heros ab Aulfessis, Ostrofrancus: eligitur in Episcopum Bambergensem, an. Dom. 1421. Præfuit prudenter ac utilissimè annis novendecim. Decessit ex hac lacrymarum valle in Charentia, decima quinta Februar. anno Christi 1440.

33. Antonius Nobilis de Rotenhan, successit Friderico, legitime electus anno 1440. Præfuit annis 19. Enigravit ex hac mortali vita, an. Dominice Incarnationis 1459.

34. Georgius Comes à Schaumburg, designatur Episcopus à toto senatu Capitularium unanimiter consentiente, an. Domini 1459. Præfuit annis sexdecim. Obiit 4. Febr. an. Domini Incarn. 1475.

35. Philippus illustis ac generosus Comes ab Hennenberg, eligitur in Episcopum Bambergensem, an. Christianæ salutis 1475. Præfuit summa cum laude & virtute annis 12. Obiit vicefima sexta Febr. an. Dom. 1487.

36. Henricus Gros à Dorgkavv, Nobilis Regulus in Ostrofrancis, eligitur in Episcopum Bambergensem an. Dom. 1487. Præfuit quatuordecim annis. Obiit vicefima septima Martii, an. Dom. Incarn. 1501.

37. Vitis Dapifer à Pommersfelden, designatur Episcopus & gubernator Ecclesie Bambergensis, an. Dom. 1501. Præfuit duobus annis. Vale dixit huic vite, septima Sept. an. 1503.

38. Georgius Marfallus ab Ebnut, eligitur an. Dom. 1503. Sedit ad clavum Episcopatus duobus saltem annis. Obiit an. Dom. 1505. ultima Jan.

39. Georgius Pincerna à Lymburg, semper liber: successit Georgio Merfallo, legitime electus anno Dom. millesimo quingentesimo quinto. Præfuit annis septendecim. Interfuit anno Incarnati filii Dei 1518. Comitibus Augustanis à Divo Maximiliano habitis. Obiit ultima Maji, anni à nato Christo Dei filio 1522.

40. Vviganus Nobilis heros à Rhedo Vvitz, in Ostrofrancis, qui in ipso juveniliam storum annorum flore, Religionis ergo, ad terram sanctam peregrinatus,

Multorum mares, multorum vidit & urbes:

Eligitur unanimi consensu totius summi Canonicoꝝ senatus in antistitem ac gubernatorem Bambergensem, anno Dom. 1522. Obfidetur anno Dom. 1525. in incomparabili illa Rusticorum Germaniæ seditione à suis: sed Dei Opt. Max. beneficio, ac Suevici fœderis robore ac fortitudine magnanimiter defenditur ac liberatur. Est Princeps mitis, clemens, benignus, ac pacis studiosissimus: suis omnibus charus. Interfuit omnibus fere comitis à D. Carolo V. Imperatore, ac Ferdinando Rege, hincinde per Germanias celebratis. Congregavit Diocesanam Synodum an. 1548. reformandi sui Cleri ergo.

EPISCOPI FABIANENSES, SIVE FAVIANENSES, AUT VVIENNENSES, QUI ET VIENNENSES.

Ex Lazio.

1. Mamertinus, quem D. Severinus Norici ac superioris Pannoniæ, post Athilæ Hunnorum regis interitum, Apostolus ex militum tribuno, Fabianis municipio in collimitis Pannoniæ Noricique Episcopum dedit, Gelasio Romano Pontifice assente, annum circiter salutis nostræ 466.
2. Marcianus, ex Monacho cœnobii Divi Severini justa

invenia oppidi, Fabianis ejusdem loci post Mamertinum Episcopus constituitur: ut Divi Severini histori a habet.

3. Lucillus: is Fabianensis primò cœnobii præfectus, dein Bavaris Castris ad Oeni & Danubii confluentes à D. Severino Episcopo datus, post D. Severini ac Marciani obitum, Fabianensem cathedram eidem cum Bavarensis auspiciis administravit, qui post ejusdem Divi reliquias, Heruli à Longobardis devictis, ac Friderico Henrico Rege Christianam pietatem exuente, isthinc Neapolim in Italiam traduxit.

4. Post que tempora, præda relicta Longobardis ac Avaribus secundissima Pannoniæ terra, atque in ea Fabianensis potissimum cathedra, simul cum saluberrima doctrina Christi esse desit. Et aliquot interlabentibus postea annis, simul ut divus Rudpertus Juvaniensem cathedram (in qua Maximus quondam sub Divo Severino præfuit) in integrum restituit, & à Laureaco ad Avaros in Pannoniam Cunaldum & Gilearicum verbi divini doctores misit, posito Divo Rudperto in Fabianis templo, paulatim ut Christiana religio Avaros repullulare, sic & Fabianensis restitui sedes cepit: cui præfuit se à Divi Rudperti ætate invenitur

5. Cunaldus, à divo Rudperto Avaribus Apostolus datus anno circiter à nato Christo dclxi. quem divo Rudperto in Fabianis, hoc est, Viena nostra, ædem primùm excitasse, verisimile est.

6. Sodomus, sub Pipino Rege Francorum, anno salutis fere dcccxi. à Joanne Juvanienfi Episcopo, & Unione Laureacensi Metropolitanò, ad Avaros in Pannoniam Noricumque missus est.

7. Haimo: hunc Vigilius Juvanienfis Pontifex jam Metropolitanus à Laureaco jus adeptus, sub Zacharia Pontifice Maximo, & Pipino Francorum Rege, Odilione quoque Bojotoriorum duce, ad Avaros, ne deficerent à Christiana religione, Pannoniam cum mandato ablegavit, qui in Fabiana Avaribus verbum Dei explicare haud destinabat.

8. Post que tempora iterum recedentibus Avaribus & Hunnis ad solitam impietatem, simul cum religione Episcopi in Fabianis esse desierunt. Donec factò à Carolo Magno Francorum Rege, magno in Pannoniam adversus Avaros proincedu, & victi Avaros, & Christo simul, & Francico Imperio vendicati fuerunt. Datique rursus Doctores fidei & veritatis. Quorum invenimus à Carolo Magni sæculo, anno videlicet Verbi incarnati dccc. usque ad Caroli ejusdem stirpis defectum, annum videlicet Christi dcccxiv. hos fere, ut sequuntur:

9. Theodoricus, ab Arno Juvanienfi Metropolitanò, Avaribus & Slavinis in Pannoniam superiorem & tractum terra illi ultra Danubium apostolus, Episcopus est datus. Cujus cathedra in Fabianis iterum erit.

10. Otto, ab Adalraro Juvanienfi Metropolitanò, Fabianis post Theodoricum Episcopus constituitur, & Avaricæ gentis Scelvinorumque in orthodoxa fide doctor.

11. Otthaldus, ab Adalberto Juvanienfi Avaribus & Slavinis in Fabiana Episcopus post Ottonem inauguratur, circiter annum salutis nostræ dcccxxv.

12. Radfridus, cujus antiquissimus annalium codex, sub divo Henrico Cæsare, anno Domini millesimo scriptus, sub finem in Pontificum catalogo mentionem facit. Sub hac tempora Avaros & Hunni, tertio à fide Christiana deficientes adscita Hungarorum suæ originis terra & ferocæ gente, non solum Fabianensem diocesim, cum Francorum in Ripenli Norico gente depopulati sunt, sed promotis limitibus ad Oenum usque stuvium, magnis copiis per Rhætiæ in Galliam, & universam Germaniam excurrerunt non semel, eamque misere devastarunt. Atque ab eo tempore in Fabianis, vix prædii frequentiam ex tanta barbaricarum nationum depopulatione retinente municipio, suos Archidiaconos Bavianenses alere cœperunt. Et demum sub annum salutis nostræ mclxiv. cum Henricus I. Dux Austriæ omnibus Sanctis in Fabianis ædem possidisset, à Reinberto tum Batavienfi Episcopo consecratam, parochi primi in Fabianis, quæ jam prima syllaba detracta Vienna & Biana nuncupabatur, constitui cœpi sunt, anno Domini mclx.

CATALOGUS EPISCOPORUM VIENNENSIS.

1. Leo à Spaur nobili loco ortus in comitatu Tyrolensi, à Friderico Cæsare, quem tertium cognominant, Austriæ Archiduce, Viennensis Episcopus constituitur, veteri à Paulo II. Pon-

A Pontifice Maximo ejusdem Ecclesie privilegio impetrato, an. 1480.

2. Bernhardus, & ipse magno in Austria loco natus, Archiepiscopus primò Salzburgenfis, à Friderico tandem Cæsare Leoni Viennensi Episcopo successit, an. 1485.

3. Urbanus Agriensis ex Hungaria Episcopus, Matthiæ Hungariæ regis questor & aulicus: simul ut is rex, expugnata Vienna, rerum cœpisset in Austria potiri, Viennensem Episcopatum, vivente adhuc Bernhardò, à suo rege gubernationem accepit.

4. Joannes Vespreniensis ante in Hungaria Episcopus, ab Matthiæ rege Hungariæ & Austriæ possessore, Urbano substitutus, in Episcopali Cathedra mansit, donec Maximilianus Austriam receperit.

5. Bernhardus Baro à Bolhaym, à Maximiliano Imperatore, cum is Viennam in fidem receperit, Vespreniensis mortuo successit est: sed cum sacris non initiaretur, Episcopatus Viennensis se tantum administratorem scripsit.

6. Georgius à Slavonia, Maximiliano Cæsari à sacris concionibus, Bernhardò in Episcopatu Viennensi successit est.

7. Petrus Bononius Tergetinus Episcopus, cum mortuo Maximiliano seniorum magistrum munus per Austriam obiret, hujus simul Episcopatus Viennensis administrationem habuit, ut seruit, adhuc in vivis, Tergetti, multo senio venerandus.

8. Joannes à Revellis, Burgundus, Ferdinando Archiduci, Maximiliano Imperatoris ex Philippo filio nepoti, ab elemosynis, Bononio adhuc viventi, à Ferdinando in Episcopatu Viennensi substitutus est, an. Dom. 1522. Obiit an. 1530.

9. Joannes cognomento Fabri, Suevus, Ferdinandi regis Romani à confessione, sacre Theologiæ doctor, in Viennensi Episcopatu ab hero suo superiori Joannes substituitur, an. Dom. 1531. Obiit an. 1541.

EPISCOPI BREMENSES.

Ex Crantzio.

1. Svvilichadus, Anglus.
2. Vvillericus.
3. Leudericus.

C ARCHIEPISCOPI HAMBURGENSES Ab eod. Carolo.

1. Heridagus.
2. Angarius Metropolitanus omnium regionum Aquilonarium. Unio Ecclesiarum Hamburgensis & Bremenensis instituta per Ludovicum Germaniæ regem an. 850.
1. Angarius.
2. Rembertus.
3. Adalgarus.
4. Hogerus.
5. Reginvardus.
6. Unni.
7. Adalagus.
8. Libentius primus.
9. Vvltanus.
10. Libentius secundus.
11. Hermannus.
12. Becilinus.
13. Albertus, sive Adalbertus.
14. Liemarus.

D POSTHUNC VOCANTUR ARCHIEPISCOPI BREMENSES.

15. Humbertus.
16. Fridericus primus.
17. Adalberto.
18. Hardvicius primus.
19. Baldevvinius.
20. Sifridus.
21. Hardvicius secundus.
22. Gerhardus.
23. *xiqua* } Vvaldemarus.
24. Hildeboldus, sive Hildebrandus.
25. Giselbertus.
26. Henricus.
27. Florentius.
28. Joannes.
29. Burchardus.

L. B. Theatr. vite Human. Tom. III.

30. Otho primus.
31. Gotfridus.
32. Albertus.
33. Otho secundus.
34. Joannes Slansdorp.
35. Nicolaus de Delmenhorst.
36. Baldvinius secundus.
37. Gerhardus.
38. Henricus.
39. Joannes Rodius. 1500.
40. Christophorus Dux Brunsvicensis. 1511.
41. Georgius Dux Brunsvicensis, Christophori frater. 1558.
42. Henricus Dux Saxonie, Angribariæ & Vvestphaliæ. 1567.
43. Joannes Adolphus Dux Holatiæ, Adolphi filius, Friderici Danici Regis nepos. 1585.

ARCHIEPISCOPI MAGDEBURGENSES INSTITUTI AB OTHONE I.

Ex Crantzio.

1. Albertus, an. 971.
2. Othricus, & huic successit Giselenus.
3. Vvoldardus, & huic successit Dago.
4. Vvaldardus.
5. Geyro.
6. Memfridus.
7. Engelhardus.
8. Vvemerus, sive Vvesselus, obiit in pugna 1078.
9. Ardevvicius.
10. Henricus de Aslo Comes.
11. Adalgorus.
12. Rogerus.
13. S. Norbertus, an. 1127. Fundator Ord. Præmonstrat. Anno 1120.

14. Conradus Comes de Querforde.
15. Fridericus.
16. Vvichmannus.
17. Ludolphus de Villa Kroppendede, rusticæ originis.
18. Albertus de Kirberge Comes.
19. Burchardus.
20. Vulbrandus.
21. Rodolphus de Dingenfede.
22. Rupertus Comes de Manfeld.
23. Conradus Comes de Sternberge.

24. *xiqua* } Erricus de Brandeburg Marchio, Busso de Quarfordes Comes, & huic successit Gunterus de Svalenberge, Bernardus de VVelp Com.

25. Burchardus Comes de Blankenberg.
26. Henricus Comes de Anhalt.
27. Burchardus Comes de Schrappelear.
28. Magister Hardevvicius de Erpeden. Post hunc electus Comes de Stalberg.
29. Otho Comes Provincialis Hassiæ.
30. Theodoricus Stendaliensis.
31. Petrus Bohemus.
32. Ludovicus Turingus.
33. Fridericus.
34. Albertus Comes de Quaforde.
35. Gunterus de Schwvartzburg Comes.
36. Fridericus Comes de Bicing.
37. Joannes Dux Bavarie.
38. Ernestus Dux Saxonie. 1476.

39. Albertus Marebio Brandeburgensis. Obiit 1513.

40. Joannes Albertus Marchio Brandeburgensis. 1545.

41. Fridericus Joachimi II. Electoris Brandeburgici filius introductus 1552. 19. Martii: eodem an. 3. Octob. Halberstadii discessit.

42. Sigismundus frater Friderici, 14. annorum adolefcens 1553. Obiit 1566. 14. Septemb.

43. Joachimus Fridericus, Joannis Gregorii Electoris Brandeburgensis filius, Sigismundi ex fratre nepos. 1567.

EPISCOPI RACEBURGENSES IN SAXONIA, INSTITUTI TEMPORIBUS HENRICI IV. Ab Alberto Archiepiscopo Bremensi.

Ex Crantzio.

1. Aristò: vacavit sedes per an. 84. ob excursionem Venetorum.

- A 2. Evermodus obiit 1178.
- 3. Isridus obiit 1204.
- 4. Philippus obiit 1215.
- 5. Henricus obiit 1228.
- 6. Lambertus obiit eod. an.
- 7. Gotfcalus obiit 1230.
- 8. Petrus obiit 1236.
- 9. Ludolphus obiit 1250.
- 10. Fridericus obiit 1256.
- 11. Ulricus de Blucher obiit 1283.
- 12. Conradus obiit 1291.
- 13. Hermannus obiit 1309.
- 14. Marquardus Iseven cognomento obiit 1335.
- 15. Volradus de Dorno, Hofat, obiit 1355.
- 16. Otto de Grunovv obiit 1363.
- 17. VViperus Blucher obiit 1367.
- 18. Henricus de VVitropce.
- 19. Gerhardus obiit 1388.
- 20. Detlevus de Magnopoli obiit 1419.
- 21. Joannes Trempo obiit 1431.
- B 22. Pardavius de Knesbcke obiit 1440.
- 23. Joannes VVimariensis obiit 1454.
- 24. Joannes Pten.
- 25. Ludolphus Secundus.
- 26. Joannes Skaloper, Medicinæ Doctor, obiit 1477.
- 27. Joan. Præcentin nobilis Megapolitanus 1477.
- 28. Henricus Blockmeyr Hamburgensis 1510.
- 29. Georgius Blummedal J. U. D. è familia Prignicensi 1524.
- 30. Christophorus à Schulemburg 1541. quo resignante
- 31. Christophorus Dux Megapolitanus, Alberti filius, an. 1554. exente electus, moritur 1592. 4. Mart.
- 32. Carolus Dux Megapolitanus, Christophori frater, 1592.

EPISCOPI MARSUPERGENSES
 IN THURINGIA INSTITUTI AUCTORE CÆSARE
 OTONE DCCC. LXVIII.
 Ex Bratwisa.

- C 1. Bolo, natione Bavarus, antea Monachus Ord. S. Benedicti in Monasterio S. Emerentiani Ratisbonæ, obiit Kalend. Novemb. an. Christi 970. in itinere Bavarico, ubi amicos suos visitavit. Præfuit anno uno, mens. 10. dieb. 3.
- 2. Giffario, exinanito Episcopatu Mariupergensi secessit Magdeburgum, ibique præfuit an. 19. mortuus anno Christi 1004. 6. Kal. Febr.
- 3. VVigbertus, aliàs Guilbertus, Nobilis Thuringus, obiit 1012. Præfuit 5. an. 5. mens. 5. dies.
- 4. Dittmarus, sive Theodorus, Comes Saxonie, obiit 1031. statis 41. 3. Kalend. Decemb. Præfuit an. 10. mentes 7. & rotidem dies.
- 5. Bruno Comes de VValdeke prope Helmstadium, sive ut alii placet, Comes Bavaricus, pater Henrici II. Imp. Obiit 6. Idus Augusti 1040. Præfuit an. 19. & 1. mens.
- 6. Humoldus Thuringus natione, Canonicus Halberstadiensis. Præfuit an. 10. mortuus 1050.
- 7. Albertus, aliàs Alberinus, primus Episcopus ab Capitulo electus. Præfuit 3. an. Obiit 1054.
- 8. Eckelinus Dux Bavarie, Capellanus Cæsaris. Præfuit D 5. an. Obiit 1060. 6. Kalend. Novemb.
- 9. Otto, qui & Onofrius, antea Canonicus Eistensis in Bavaria, constituitur ab Henrico IV. an. Christi 1065. præfuitque an. 5. mortuus 1070. 15. Kal. Maji.
- 10. VVintherus, aliàs VVintherus, Canonicus Heribopolensis, Nobilis Francus. Præfuit duobus an. obiitque 1073. nono Kal. Aprilis.
- 11. VVernerus Comes VVoldenburgicus, prope Hildesheimum in Saxonia, eligitur à Capitulo 1073.
- 12. Eppo, aliàs Hippolytus, intrusus est ab Henrico V. ejecto VVernero, qui Pontifici videbatur addictior; sed ut idem Imp. ad Censuram silvam Saxonibus succumbit, restituitur VVernerus, Eppoque nominatus Etardus sive Eberhardus creatur Episcopus Cizensis, ordine 6. Id. accidit an. Christi 1115. 9. die Febr.
- 13. Albunus Dux Bavarie, consecratur 1101. præfuitque an. 16.
- 14. Gerhardus intruditur per Episcopum Theodoricum Cizensem, & Adelgerum Archiepiscopum Magdeburgensem; haud diu tamen vixit.

- 15. Ranoldus Canonicus Magdeburgensis, electus est à E quibusdam Episcopis, contra Henricum IV. ac Svenocharia nono an. regimini sui 1123. à consanguineis suis trucidatur.
- 16. Meingotus Canonicus Marburgensis, electus à Canonicis 18. Kal. Junii, confirmatus à Lothario Imp. consecraturque ab Archiepiscopo Magdeburgensi 1126. tertio Kal. Aprilis. Præfuit an. 14.
- 17. Eckelinus II. unanimi consensu Capitularium creatus 1143. Præfuit an. 15. obiitque anno Christi 1158.
- 18. Reinhardus constitutus est sine electione aut postulatione à Cæsare; erat Comes Querfurtensis. Præfuit 18. ann. Obiitque 1176.
- 19. Joannes Canonicus antè Marburgensis. Præfuit tempore Friderici I. Barbarossæ. Consecratus 1176. ab VVichmanno Archiepiscopo Magdeburgensi.
- 20. Everhardus Comes Schubergerensis Bavarus constituitur à Friderico I. consecratur à VVichmanno.
- 21. Theodorius à Capitulo eligitur, consecrante Archiepiscopo VVichmanno, præfuitque an. 11. Erat Marchio Misnia, mortuus 1184.
- 22. Eckardus Equesfri familia, consecratur inem ab Archiepisc. VVichmanno, defungitur 1194. an. regimini 10.
- 23. Rudolphus Canonicus Marburgensis, electus est à morte Eckardi. Præfuit 10. an. 3. mens. 4. dieb. an. Christi 1204. moritur.
- 24. Henricus de Vvarian, Canonicus Marburgensis, paria vota habuit cum Friderico de Torgavv etiam Canonicus, qui ipsi ad evitandum scandalum ambitionis sententiam suam adiecit præfuit solummodo tribus mensib. ac dieb. 14.
- 25. Albertus de Born, Canonicus Marburgensis, paria vota habuit cum Friderico de Torgavv etiam Canonicus, qui ipsi ad evitandum scandalum ambitionis sententiam suam adiecit præfuit solummodo tribus mensib. ac dieb. 14.
- 26. Fridericus de Torgavv præfuit 18. an. minis die. 17. hic abstulit Magistratu oppidano jurisdictionem civilem.
- 27. Henricus de Amendorff, præfuit an. 18. Mortuus an. Christi 1262.
- 28. Henricus, cognomento Puer, cujus familia morabatur circa Marburgum, pueriliter planè rexit, prodigii nimium, & qui cognati fuit arbitratu omnia gereret; unde etiam tandem regimen cedere coactus Burchard Magdeburgensi Episcopo.
- 29. Gaberhardus de Schrapelavv, frater Burchardi Episcopi Magdeburgensis. Præfuit 24. an. 5. mensib. mortuus 1338.
- 30. Sigismundus Landgravius Thuringie, & Margravius Misnie, Episcopus VVizeburgicus, Administrator Marburgicus, filius Friderici I. parum curavit Episcopatum suum. solius de ditione proficisci in ditionem. Præfuit an. ... mortuus 1357.
- 31. Henricus Comes Stolbergensis, Canonicus Magdeburgensis. Obiit an. 366. 4. Kal. Febr. regimini 18.
- 32. Fridericus de Hoimo, Saxo natione, Decanus Naumgenensis. Præfuit 26. an. Obiit 1382. 5. Idus Nov.
- 33. Burchardus Comes Querfurtensis, electus à Capitulo. Obiit ante confirmationem 1384. 4. anno & sexto mensis gubernationis, mortuus autem 8. die Junii.
- 34. Henricus Comes Stalbergensis, eligitur die 5. Augusti 1384. Præfuit octo annis sine confirmatione, prohibitus ea ab Cæsare VVenceslao. Confirmavit eum tamen Bonifacius IX 1392. Obiit die S. Ambrosii 1393.
- 35. Henricus cognomine *Schulmeister*, de Orlamunda præfuit an. 7. pertæfuitque curarum, substituit coadjutorem, secessitque Lipsiam in D. Thomæ.
- 36. Ortho de Hoimstein postulatus 1402. consecratus 1403. die Trium Regum. Præfuit an. tribus, mort. 1407.
- 37. VValtherus è familia Kokertizorum nobilium, electus 1407. Præfuit an. 4. mort. die S. Stephani Mart. 1411.
- 38. Nicolaus de Lubeka, Decanus Erfurti ad D. Virginem, Cancellarius Friderici I. Ducis & Electoris Saxonie, electus 1411. obiit 1421. die Palmarum. Misus fuit veluti legatus Saxoniorum Principum ad Concilium Constantiense, ubi hæsit integrum triennium.
- 39. Joan. Bolo Nobilis, Canonicus Marburgensis, electus 1432. præfuit 22. an. mort. 1363. ex pestifentiali morbo.
- 40. Joannes VVerder, nobilitate Marburgica, eligitur 1463. Præfuitque biennio & trib. mensibus, mortuus 1465. 24. die Julii.
- 41. Tilo è nobilibus à Trote, creatus 1468. rexit an. 46. defunctus 1514. die 5. Martii.
- 42. Adolphus Princeps Alcanie, antea Canonicus Magdeburg.

- A 4. Gebhardus Svevus ab Helfenstein præfuit annis 38. E & infirmus Gurcensem Ecclesiam, mortuus anno 1088.
- 27. Bertholdus Comes à Mospurg Gebhardo fugato, auctoritate Henrici IV. usque ad Gebhardi reductionem præfuit annis 4. & post mortem Gebhardi annis 2. & per Conradum primum de Abinsperg expulsus, tandem in Mospurg, conditus est.
- 28. Thijemo Abbas S. Petri, ex nobili Bavorum genere natus, præfuit annis 11. postea à Turcis captus, post omnium membrorum truncationem, viso corde proprio, apud Corozaim martyrio obiit.
- 29. Conradus I. de Abinsperg, Henrici IV. Capellanus, sedit an. 4. mortuus an. 1147.
- 30. Eberhardus primus, Comes de Hiltpolstein, Abbas Biburgensis, amator pauperum: sedit an. 17. mortuus anno 1164.
- 31. Conradus II. S. Leopoldi Marchionis Austrie filius, Episcopus Patavien. Præfuit Archiepiscopus annis 4. obiit 1168.
- 32. Adalbertus, sive Albertus, filius Labezai seu Sobeslai Regis Bohemie, sedit an. 6. A Friderico Oenobarbo an. 1174. expulsus est, & tunc Henricus Præpositus in Berchtsgaden administravit Archiepiscopatum an. 3.
- 33. Conradus III. Comes à Vvitelspach, Othonis Bavarie Ducis frater, Cardinalis Episcopus Sabinen. quum sedisset an. 6. ad Ecclesiam Mogunt. translatus est. Postea prædictus Adalbertus restitutus, Archiepiscopatum rexit annis 17. obiit 1200.
- 34. Eberhardus II. de Truchfen. Episcopus Brixinensis, pater pauperum, præfuit an. 46. & crexit tres Episcopatus, Chiemensens, Secovien. & Laventinen. mortuus an. 1246. Burchardus à Zingenbagen, licet pallio donatus fuerit, obstante tamen Capitulo, nunquam ad possessionem pervenit.
- 35. Philippus Bernardi Carinthie Ducis filius, administravit Archiepiscopatum decem annis. Postea quum nollet ordinari in Sacerdotem, depositus est an. 1256.
- 36. Udalricus Episcopus Seviens. quum sedisset an. 9. Archiepiscopatum resignavit anno 1265.
- 37. VValdislatus Henrici Slesie Ducis filius, vir omnibus acceptus, præfuit an. quinque, mortuus 1270.
- 38. Fridericus II. VValhen, sedit annis 14. obiit 1284.
- 39. Rudolphus de Hoheneck, Rudolphi Roman. Regis Cancellarius, præfuit Archiepiscopatu annis 5. mortuus anno 1290.
- 40. Conradus IV. de Vornstorf & Braitenfurt, sedit annis 22. mortuus an. 1312.
- 41. VVichardus à Polheim, præfuit ann. 3. mortuus an. 1315.
- 42. Fridericus III. à Leibnitz, sedit an. 23. mortuus anno 1338.
- 43. Henricus à Piemprun, præfuit annis quinque, obiit anno 1344.
- 44. Ortolphus de VVeiseneck, sedit annis 22. mortuus anno 1265.
- 45. Piligrinus II. à Pucheim, rexit Archiepiscopatum annis 32. mortuus anno 1396.
- 46. Georgius Schneck de Ostervitz, sedit an. 7. obiit anno 1403.
- 47. Eberhardus tertius de Neuhaus, præfuit an. 24. mortuus anno 1427.
- 48. Eberhardus IV. de Starenberg, obiit an. 1429.
- 49. Joannes II. de Reichperg, tenuit Archiepiscopatum an. 12. obiit 1441.
- 50. Fridericus quartus Truchfais de Emerberg, mortuus an. 1452.
- 51. Sigismundus I. à VVoickentorf Archiepiscopus præfuit annis 8. & dimidio, obiit an. 1461.
- 52. Burchardus à VVeisprach Cardinalis, sedit an. 4. obiit 1466.
- 53. Bernhardus à Ror, quum præfuisset Archiepiscopus 15. annis, cessit regimini an. 1482. obiit an. 1487.
- 54. Joannes III. Strigoniensis, ac deinde Archiepiscopus Saltzburgeris, præfuit annis 7. mortuus an. 1489.
- 55. Fridericus V. Comes à Schaunberg, sedit annis ferè quinque, mortuus anno 1494.
- 56. Sigismundus II. ab Holneck, præfuit mensibus 8. obiit anno 1495.
- 57. Lehonhardus à Heutichach, præfuit Archiepiscopus annis terè 24. mortuus an. 1519.

EPISCOPI SALISBURGENSES.
 è Io. Alberto VVindmanffestero.

- 1. Rudpertus (quem alii scribunt, Rupertum) tempore Theodoperi Francorum Regis, Episcopus Vormaciensis, ex regali progenie Francorum ortus, iussu memorati Regis ad Bajos cum duodecim discipulis profectus est, ac Reginoburgii à Theodone III. quem illic primum cum filio Theodoberto iacero fonte lavit, benigne receptus est, & Bajos primus ad religionem Christianam convertit. Deinde navibus delatus, ubi confluentibus certam Rapis, mysteria Christianæ fidei edidit, atque ita Laureacum pervenit. Inde per Noricum Octingam, quam nonnulli Urinum appellant, perrexit, ubi Urohem & Theodovaldum Theodonis fratres, sacro lavacro abluit. Post hæc ædem Pontificiam propè lacum VVallersee, ubi VVicha amnem effundit, primò exlurxit. Ruinas quoque Juvavie, que nunc Saltzburg dicitur, restituit, & Pontificiam sedem eò transfudit. Præfuit autem Episcopatu annis 64. mortuus an. Christi 623.
- 2. Vitalis sanctitæ vite ac eruditione clarus, Monasterii S. C. Petri Abbas, sedit an. viginti tres, mortuus an. 646.
- 3. Anolodus Abbas S. Petri, populum Saltzburg. pavit annis 20. sepultus ad S. Petrum anno 666.
- 4. Savolus S. Petri Abbas, sedit annis 14. humatus in Monasterio S. Petri anno 680.
- 5. Ezius Abbas Ecclesiam Saltzburgeriem an. 23. rexit, conditus in cœnobio Divi Petri, anno 703.
- 6. Flobargis Abbas S. Petri, præfuit Episcopatu an. 37. tumulatus in æde S. Petri 740.
- 7. Joannes I. morum sanctitate & eruditione insignis, sedit an. 14. obiit 754.
- 8. Virgilius ex nobilibus Hibernie infule natus, præfuit an. 30. sepultus in æde Cathedrali 784.
- 9. Bertricus Abbas S. Petri, obiit an. 785.
- 10. Arno primus Archiepiscopus, pallium à Leone III. adeptus, populum Saltzburger. an. 36. salubriter pavit, tumulatus in Ecclesia Cathedrali an. 821.
- 11. Ammilonius Abbas Archiepiscopus, obiit an. 821.
- 12. Adalamus, pietate & doctrina insignis, obiit an. 836.
- D 13. Laopramus Archiepiscopus, mortuus an. 869.
- 14. Adalvvinus Archiepiscopus præfuit an. 14. mortuus 873.
- 15. Adelbertus uno anno præfuit Archiepiscopatu, obiit 874.
- 16. Theodorus, sive Diemarus, primus, moderatus est Archiepiscopatum annis 23. tandem ab Hungaris cæsus, an. 907.
- 17. Piligrinus primus præfuit an. 16. mortuus 923.
- 18. Olibertus sedit an. 12. obiit an. 935.
- 19. Egilolphus gubernavit Episcopatum an. 4. mortuus 939.
- 20. Heroldus Archiepiscopus, Comes de Schyem, sedit annis 18. postea excecatus & depositus est anno 958.
- 21. Fridericus I. Comes in Chiemge. VV. obiit 991.
- 22. Hattovvicus Comes à Sphanberg & Artemburg, aliàs Lavental, sedit an. 32. mortuus an. 1023.
- 23. Gumberus Divi Henrici Cæsaris Cancellarius, & Archiepiscopus, obiit 1025.
- 24. Diemarus II. præfuit an. 16. mortuus an. 1041.
- 25. Baldevinus, sive Beldingus, sedit an. 19. mort. 1060.